


ΚΥΡΙΑΚΟΥ ΚΟΣΜΑ

ΑΝΑΓΝΩΣΤΙΚΟΝ  
ΤΗΣ ΛΑΤΙΝΙΚΗΣ ΓΛΩΣΣΗΣ

ΕΡΡΙΚΟΥ Α. ΣΚΑΣΣΗ

L H O M O N D  
DE VIRIS ILLUSTRIBUS  
URBIS ROMAE



ΟΡΓΑΝΙΣΜΟΣ ΕΚΔΟΣΕΩΣ ΔΙΔΑΚΤΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΩΝ  
ΕΝ ΑΘΗΝΑΙΣ 1963

ΣΤ' 89 ΣXB


κορμαί (κυρ)

ΠΑΤΙΝΙΚΑ γ/γ





ΑΝΑΓΝΩΣΤΙΚΟΝ  
ΤΗΣ ΛΑΤΙΝΙΚΗΣ ΓΛΩΣΣΗΣ






ΚΥΡΙΑΚΟΥ ΚΟΣΜΑ

ΣΤ' 89 ΣΧΒ

Κοσμός (Άρε)

ΑΝΑΓΝΩΣΤΙΚΟΝ  
ΤΗΣ ΛΑΤΙΝΙΚΗΣ ΓΛΩΣΣΗΣ

ΔΙΑ ΤΗΝ Γ' ΤΛΕΙΝ ΤΩΝ ΓΥΜΝΑΣΙΩΝ



ΟΡΓΑΝΙΣΜΟΣ ΕΚΔΟΣΕΩΣ ΔΙΔΑΚΤΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΩΝ  
ΕΝ ΑΘΗΝΑΙΣ 1963

Ψηφιοποιήθηκε από το Ινστιτούτο Εκπαιδευτικής Πολιτικής

002  
ΚΤΙ  
ΣΤΑΘ  
811

ΙΟΩΝ ΕΠΙΧΕΙΡΗΣΕΙΣ  
ΕΛΛΑΣ ΣΥΓΓΡΑΦΕΙΑ

## ΜΕΡΟΣ ΗΡΩΤΟΝ

### ΚΕΙΜΕΝΟΝ

---

#### 1.

Regīna rosas amat. — Agricōla silvam et umbram silvārum amat. — Femina agricōlāe ( δτξ. ) cenam parat. — Agricōla femīnam laudat. — Agricōlas Graeciae industria ornat. — Filiae agricolārum mensam corōnis<sup>1</sup> ornant. — Femīnae deam Vestam adōrant et aram deāe rosis<sup>1</sup> ornant. — Bestiae in<sup>2</sup> silvis habītant. — Aquīlae bestias silvārum captant; aquīlae etiam<sup>3</sup> gallīnis ( δτξ. ) insidias parant.

#### 2.

Dum<sup>1</sup> spiro, spero.—Quid<sup>2</sup> paras, filia<sup>3</sup>? « Paro cenam agricōlis ( δτξ. ) ».—Patriam amāmus, dum<sup>1</sup> spirāmus; incōlae Graeciae patriam amant.—Nautae<sup>3</sup>, quid<sup>2</sup> apportātis? « Divitias patriae ( δτξ. ) apportāmus ».—Quid<sup>2</sup> ex<sup>4</sup> fenestrā casae spectātis, puellae<sup>3</sup>? « Exspectāmus aviam ».

#### 3.

Minerva, dea sapientiae, Attīcam amābat. — Incōlae Attīcae sapientiam amābant et deam Minervam adorābant. — Poētae deam Minervam laudābant ; femīnae et puellae aras deae corōnis<sup>1</sup> ornābant.—Incōlae Spar-

tae ante<sup>2</sup> pugnam comam corōnis<sup>1</sup> ornābant et Musis ( δτν. ) sacrificābant. — Diu<sup>3</sup> in<sup>4</sup> silvā ambulabāmus et bestias silvae spectabāmus. — Quid<sup>5</sup> heri<sup>6</sup> in<sup>4</sup> casā parābas, semīna<sup>7</sup>? « Cenam parābam nautis ( δτν. ) ». — Nautae<sup>7</sup>, quid<sup>5</sup> apportabātis? « Divitias incōlis ( δτν. ) insulārum apportabāmus ».

#### 4. Ἰταλία καὶ Ρώμη.

Italia est<sup>1</sup> terra Eurōpae.—Italia habet<sup>2</sup> insūlas.—Sicilia est insūla Italiae.—In<sup>3</sup> orā Siciliae est Aetna.—Aetnam ornant silvae.—Incōlae Italiae sunt<sup>4</sup> agricōlae, incōlae insulārum et orārum Italiae sunt nautae.—Italia est patria poētārum.—Incōlae Italiae amābant et laudābant poētas.—Italiae ( δτν. ) poētae gloriam parant.—In<sup>3</sup> Italiā est Roma.—Vias Romae statuae ornant.—In<sup>3</sup> viis Romae erant<sup>5</sup> aerae et statuae deārum.—Aras deārum filiae incolārum Romae corōnis<sup>6</sup> ornābant.—Roma erat<sup>7</sup> schola litterārum et doctrīnae.—Victoriae Romae ( δτν. ) sunt<sup>4</sup> causa gloriae.

#### 5. Οἱ θεοὶ τῶν Ρωμαίων.

Romāni multos deos adorābant; in<sup>1</sup> numēro deōrum Neptūnus et Bacchus et Mercurius et Aesculapius erant<sup>2</sup>. — Neptūnus, filius Saturni, domīnus aquārum erat<sup>3</sup>. — Neptūno nautae tauros et equos immolābant.—Bacchus erat deus vini et uvārum, Mercurius ( erat ) deus mercatūrae et eloquentiae.—Arae Mercurii erant<sup>2</sup> in viis, quod<sup>4</sup> Mercurius nuntius erat<sup>3</sup> deōrum et vias monstrābat.—Deus medicīnae erat Aesculapius; Aesculapium adorābant Romāni in templis et in lucis et ornābant aras Aesculapii multis herbis<sup>5</sup> et corōnis<sup>5</sup> et rosis<sup>5</sup>.

## 6. Τὰ ὅπλα τῶν Ρωμαίων. — Τὸ στρατόπεδον αὐτῶν.

Romāni, popūlus bellicōsus, armis<sup>1</sup> et telis<sup>1</sup> pugnābant. Arma Romanōrum erant galea, scutum, lorīca; tela erant pilum, gladius, sagittae. Gladii Romanōrum non<sup>2</sup> erant longi; pila erant longa.—Romani in bellis cotidie<sup>3</sup> castra collocābant et vallo<sup>1</sup> fossāque<sup>4</sup> firmābant. Valla alta ( erant ) et fossae latae erant. In castris Romāni erant tuti.

## 7. Ἡ Δῆλος.

Delus clara et Graecis ( δτκ. ) cara erat, quamquam<sup>1</sup> erat parva. Nam<sup>2</sup> Graeci Delum patriam filii et filiae Latōnae appellābant. Filius Latōnae erat Apollo<sup>3</sup>, filia Latōnae erat Diāna. Filio Latōnae laurus cara erat; Delus plena erat laurōrum. Quoniam<sup>4</sup> Apollo deus poētārum erat, etiam<sup>5</sup> poētae laurum amābant et lauro<sup>6</sup> comam ornābant. Diāna erat dea silvārum et sagittis<sup>6</sup> bestias silvae necābat. In insūlā Delo clarum templum erat. Incōlae Athenārum quotannis<sup>7</sup> in<sup>8</sup> insūlam Delum navigābant et in templo filium Latōnae adorābant.

## 8. Ὁ Ρωμύλος.

a ) Romūlus et Remus Romam aedificavērunt.—Romūlus Remum necāvit, quod<sup>1</sup> Remus muros novi opp̄idi vituperavērat.—Quamquam<sup>2</sup> Romūlus Remum necavērat, tamen<sup>3</sup> fortūna Romūlo ( δτκ. ) secunda erat; nam<sup>4</sup> multos popūlos bello<sup>5</sup> armisque<sup>6</sup> superāvit et terram finitīmam occupāvit et opp̄ida expugnāvit.—Numērus seminārum in novo opp̄ido parvus erat. — Itāque<sup>7</sup> Romūlus Romānis ( δτκ. ) semīnas dolo<sup>5</sup> parāvit.—

Sabīnos enim<sup>8</sup> et Sabīnas et filias Sabinōrum, popūli finitīmi, ad<sup>9</sup> ludos publīcos invitāvit, et inter<sup>10</sup> ludos Romāni filias Sabinōrum raptavērunt. — Quoniam<sup>11</sup> Romāni Sabīnas raptavērant, Sabīni contra<sup>12</sup> Romānos bellum<sup>13</sup> paravērunt<sup>13</sup>. — Sed<sup>14</sup> filiae Sabinōrum discordiam populōrum placavērunt et amicitiam inter<sup>10</sup> popūlos conciliavērunt.

b ) Cur<sup>1</sup> Remum necavisti, Romūle? «Remum ne- cāvi, quod<sup>2</sup> muros novi opp̄di vituperavērat». — Quomodo<sup>3</sup> femīnas popūlo (δτξ. ) paravistis, Romāni? «Sabīnos et Sabīnas et filias Sabinōrum ad ludos invita- vīmus et inter ludos filias raptavīmus». — Cur<sup>1</sup> Sabīnas raptavistis, Romāni, quamquam<sup>4</sup> popūlum finitīmum ad ludos publīcos invitaverātis? «Sabīnas raptavīmus, quod<sup>2</sup> femīnae non<sup>5</sup> erant in novo opp̄do ».

#### 9. Ὁ Ἀννίβας ἐνθαρρύνει τοὺς στρατιώτας τοῦ πρὸ τῆς ἐν Ζάμα μάχης.

Hannibal<sup>1</sup> ante<sup>2</sup> pugnam anīmos Poenōrum his<sup>3</sup> verbiis<sup>3</sup> inflammāvit:

« Quoniam<sup>4</sup> patria in magno pericūlo est, vos<sup>5</sup> convo- cāvi. Nisi<sup>6</sup> fort̄ter<sup>7</sup> pugnab̄tis, Romāni popūlos Afrī- cae superābunt et campos vicosque<sup>8</sup> patriae vastābunt. Popūlus Romānus nunc<sup>9</sup> multis terris<sup>10</sup> imp̄rat. Sed non imperābit etiam Afrīcae, si<sup>11</sup> fort̄ter pugnab̄tis et patriam ex<sup>12</sup> pericūlo liberab̄tis. Ego<sup>13</sup> post<sup>14</sup> pugnam impavīdos laudābo et donābo, ignāvos vituperābo et castigābo. Pugnāte igītur<sup>15</sup> fort̄ter, Poeni, et pro<sup>16</sup> arā focoque dimicāte! Liberāte patriam ex<sup>12</sup> pericūlo! Si<sup>11</sup> patriam ex<sup>12</sup> pericūlo liberaver̄tis, gloriam vobis<sup>17</sup> para- b̄tis. Si Romānos auxilio<sup>18</sup> deōrum superaveřimus et

fugaverimus, in aris hostias immolabimus et deos celebrabimus ».

### 10. Οἱ ἀρχαῖοι Λατῖνοι.

a) Latium terra Italiae erat, inter<sup>1</sup> Etruriam et Campaniam sita<sup>2</sup>. Prisci incōlae Latii erant Latīni, agricōlae industrii. Habitābant in amplis et frugifēris campis sedulāque<sup>3</sup> industriā agros arābant. In pascūis multa habēbant<sup>4</sup> armenta. Itāque<sup>5</sup> copia frumentōrum et armentōrum divitiae Latinōrum erant. Nam aurum et argentum ignorābant. Domicilia erant parva et lignea, sed apud<sup>6</sup> domicilia horti pomifēri erant.

b) Pii et probi viri erant prisci incōlae Latii, et poëtae Romāni justum anīmum priscōrum Latinōrum laudavērunt. Libēri<sup>1</sup> culpā<sup>1</sup> malitiāque<sup>1</sup> habēbant<sup>2</sup> sedūlam et tranquillam vitam atque<sup>3</sup> in singūlis pagis deis pulchra tempa aedificābant. In aris deōrum et deārum sacra dona et crebras hostias sacrificābant. Domīnus deōrum Latīnis Janus erat; inter deas Diānae summa<sup>4</sup> erat gloria et potentia.

### 11. Ὁ Πάτροκλος.

a) Graeci decem<sup>1</sup> annos<sup>2</sup> cum<sup>3</sup> Trojānis bellābant. Cunetos Graecos Achilles<sup>4</sup>, cunetos Trojānos Hector<sup>5</sup> gloriā<sup>6</sup> belli superāvit. Achilles amīcus Patrōcli erat. Quod<sup>7</sup> Agamemnon<sup>8</sup>, summus Graecōrum, amīcum Patrōcli verbis<sup>9</sup> et facto<sup>9</sup> violavērat, Achilles copias suas<sup>10</sup> ex proelio revocavērat et a<sup>11</sup> copiis<sup>11</sup> ceterōrum Graecōrum separavērat<sup>11</sup>. Itāque Hector Graecos fugāvit et in<sup>12</sup> castra propulsāvit.

b) Tum<sup>1</sup> Patrōclus amīco: « Oro te<sup>2</sup> » inquit<sup>3</sup> « ut<sup>4</sup>

proelium renōves atque Trojānos propulses et fuges, ne<sup>5</sup> Hector castra nostra exgugnet et navigia cremet ». Tum<sup>1</sup> Achilles: « Cum<sup>6</sup> Agamemnon » inquit<sup>3</sup> « me<sup>7</sup> verbis et facto violavērit, copias meas ex proelio revocāvi et a cetēris copiis Graecōrum separāvi. Cum<sup>6</sup> juravērim, lacrīmae Graecōrum me non placābunt. Sed honestum pulchrumque est misēros amīcos ex belli pericūlo servāre. Itāque tu<sup>8</sup> ad<sup>9</sup> pugnam festīna proeliumque renōva! Deos orēmus<sup>10</sup>, ut<sup>4</sup> Graecis victoriā parent. Sed oro te<sup>2</sup>, ut<sup>4</sup> copias ex proelio revōces, si<sup>11</sup> Trojānos fugavēris. Satis<sup>12</sup> est castra Graecōrum ab<sup>13</sup> adversariis liberavisse et copias Trojanōrum fugavisse. Trojam non expugnābis ».

c) Sed Patrōclus, cum<sup>1</sup> Trojānos ex castris propulsavisset et fugavisset, copias suas incitāvit, ut<sup>2</sup> oppīdum Trojam expugnārent. Hector, Priāmi filius, cum<sup>3</sup> Patrōclum spectāret, advolāvit et hastā<sup>4</sup> suā<sup>4</sup> virum incautum necāvit. Hector Patrōclum non<sup>5</sup> ne-eavisset<sup>5</sup>, si<sup>6</sup> Patrōclus copias ex proelio revocavisset<sup>6</sup>. Utīnam<sup>7</sup>, Patrōcle, amīco obtemperavisses<sup>7</sup> et proelium in campo vitavisses!

## 12. Ὁ Κιγκιννᾶτος.

Cum<sup>1</sup> vita rustīca antīquos Romānos valde<sup>9</sup> delectāret, multi viri in agris habitābant, ut<sup>3</sup> auxilio<sup>4</sup> servōrum agros arārent.

Etiam Cincinnātus, vir multis<sup>5</sup> victoriis<sup>5</sup> clarus, in villā suā habitābat et agros arābat. Aliquando<sup>6</sup> nuntii Romanōrum ex oppīdo ad Cincinnātum festinavērunt et virum belli perītum oravērunt, ut<sup>3</sup> patriam ex belli pericūlo liberāret. Nuntii nuntiavērunt: « Aequi co-

pias nostras pugnā<sup>7</sup> superavērunt et Romam oppugnant. Desperarēmus<sup>8</sup>, nisi<sup>9</sup> abs<sup>10</sup> te auxilium exspectarēmus ». Cincinnātus nuntiis obtemperāvit et ad op̄idum festināvit, ut<sup>3</sup> cum<sup>11</sup> adversariis bellāret. Cum<sup>12</sup> Aequos fugavisset, Cincinnāto satis erat patriam liberavisse; ad aratrum et ad tauros suos remigrāvit, ut<sup>3</sup> cum<sup>13</sup> servis suis denūo<sup>14</sup> agros arāret.

### 13. Οἱ Ρωμαῖοι.

Patria Romanōrum fuit Italia. — Romāni semper<sup>1</sup> bellicōsi fuērunt.—Utrīnam<sup>2</sup> semper etiam humāni et justi fuissent! — Etiam alii<sup>3</sup> populi Italiae bellicōsi erant, sed Romāni cunctos audaciā<sup>4</sup> superavērunt. — Magna erat audacia et constantia Romanōrum. — Jam<sup>5</sup> puēros arma delectābant; pilis<sup>6</sup> et gladiis<sup>6</sup> pugnābant. — Viris magnum gaudium erat in castris esse et cum<sup>7</sup> adversariis dimicāre. — Gloriā<sup>8</sup> belli clari fuērunt Scipio<sup>9</sup>, Marius, Sulla, Pompejus, Caesar<sup>10</sup>.—Si bellum non erat, Romāni agros arābant et sedūli agricōlae erant. — Etiam litteras Romāni amavērunt. — Ex numēro poētarū Vergilium, Horatium, Ovidium nomināmus. — Inter<sup>11</sup> viros doctos<sup>12</sup> eloquentiā<sup>8</sup> clarus fuit Cicero<sup>13</sup>.

### 14. Ζεὺς καὶ ἄνθρωποι.

Juppīter<sup>1</sup> incōlas terrae aliquando<sup>2</sup> interrōgat: « E- stisne<sup>3</sup> contenti<sup>4</sup> fortūnā vestrā? ». Sed nec<sup>5</sup> nauta nec<sup>5</sup> agricōla neque<sup>5</sup> relīqui incōlae terrae fortūnā suā con- tenti erant. «Mea vita» inquit<sup>6</sup> agricōla «injucunda est, cum<sup>7</sup> plena sit molestiārum; utrīnam<sup>8</sup> pro<sup>9</sup> agricōlā nau- ta essem! Si nauta ero, navigābo in longinquam ter- ram et comparābo magnas divitias». «Mea vita» in-

quit nauta «semper est miséra, cum<sup>7</sup> nunquam<sup>10</sup> navigavěrim sine<sup>11</sup> pericūlis; utīnam<sup>8</sup> pro nautā essem agricōla! Si agricōla ero, apud<sup>12</sup> meos libēros semper ero vitaque mea erit tuta a<sup>13</sup> ventis et undis». Tum<sup>14</sup> deus: «Erītis contenti fortūnā vestrā. Sed si semel<sup>15</sup> benignus fuero, postea<sup>16</sup> non ero. Tu, nauta, esto agricōla: tu, agricōla, esto nauta». Unus<sup>17</sup> antea<sup>18</sup> fuerat nauta, nunc<sup>19</sup> erat agricōla; alter<sup>17</sup> antea fuerat agricōla, nunc erat nauta. Sed paulo<sup>20</sup> post<sup>20</sup> et nauta et agricōla clamant: «Utīnam contenti fuissēmus fortūnā nostrā! Beāti fuīmus olim<sup>21</sup>, nunc sumus miséri. Sed jure<sup>22</sup> sumus miséri, cum<sup>7</sup> fortūnā bonā non contenti fuerīmus ».

### 15. Οἱ ἀρχαῖοι Γερμανοί.

Germania, Germanōrum patria, olim terra aspēra fuit cum<sup>1</sup> multis flaviis, magnis silvis, latis agris et campis. Opp̄da antīquis Germānis deerant; in vicis aut<sup>2</sup> in agris habitābant aut<sup>2</sup> intra<sup>3</sup> silvas domicilia collocavěrant. Aedificia lignea et plerumque<sup>4</sup> parva erant; ornamentum aedificiis deerat.

Et viri et femīnae magnā figurā<sup>5</sup> erant; očuli erant caerulei, capilli rutigli. Viris jucundum erat proelis<sup>6</sup> et bellis<sup>6</sup> interesse<sup>6</sup>, quod<sup>7</sup> gloriae cupidi erant et pericūla amābant. Honestum erat multos adversarios necavisse. Multum<sup>8</sup> etiam in silvis erant, ut<sup>9</sup> ursos, lupos, apros aliasque<sup>10</sup> bestias necārent; saepe<sup>11</sup> a domiciliis aběrant et cum popūlis finitīmis bellābant. Viri, qui<sup>12</sup> audaciā<sup>13</sup> clari et belli perīti erant, copiis praeerant<sup>14</sup>; in proelio amīcis<sup>15</sup> adērant<sup>15</sup>. Viros, qui<sup>12</sup> bello non interērant, cuncti ignāvos vocābant.

## 16. Ὁ στρατὸς τῶν Ρωμαίων.

Exercitus Romānus semper fortiter pugnābat; sed saepe superātus et fugātus est; non superātus esset<sup>1</sup>, si<sup>2</sup> viri belli perīti exercitui praefuissent. — Romāni collocābant equitātum plerumque<sup>3</sup> in cornībus exercītūs; ad<sup>4</sup> Cannas, ubi<sup>5</sup> Romāni a<sup>6</sup> Poenis superāti et fugāti sunt, equitātus Romānus in dextro cornu, equitātus sociōrum in sinistro cornu collocātus erat. Equitati Poenōrum Mahabal<sup>7</sup> praeerat, peditatui Hannibal. — Etiam ad<sup>4</sup> lacum Trasimēnum exercitus Romānus a<sup>6</sup> Poenis superātus et fugātus est. Post<sup>8</sup> pugnam in oppido Romanōrum magnus erat luctus; constanza autem<sup>9</sup> senātūs Romāni mira fuit.—Nisi<sup>10</sup> equi strep̄tu<sup>11</sup> armōrum perturbāti essent, Romāni impētum equitātūs Helvetiōrum sustentavissent<sup>12</sup>. Etiam currus<sup>13</sup> exercituum Britannōrum exercitībus Romānis saepe periculōsi fuērunt. — Constantia magistratum Romanōrum et audacia virōrum impavidōrum saepe exercītūs Romānos ab<sup>14</sup> inter̄tu servāvit. Aliquando<sup>15</sup> exercitus Romānus in magno periculo erat. Sed P.<sup>16</sup> Decius Mus<sup>17</sup>, qui<sup>18</sup> cum aliis magistratībus exercitui praeerat, exercitū ex periculo liberāvit. Itāque et ab<sup>6</sup> exercitu et a<sup>6</sup> senātu laudātus est, quod<sup>19</sup> exercitū ab<sup>14</sup> inter̄tu servāvit.

## 17. Ἐπιδρομὴ τῶν Γάλλων. — Κάμιλλος.

Cum<sup>1</sup> Camillus exsilio<sup>2</sup> multātus esset, Roma rebus adversis<sup>3</sup> multos annos<sup>4</sup> vexāta est. Galli enim in planitiem Galliae Cisalpīnae<sup>5</sup> intravērant. Viri et specie<sup>6</sup> magnā et magno an̄imo<sup>6</sup> erant, sed sine<sup>7</sup> disciplinā pugnā-

bant. Jam opp̄da Etruscōrum occupavērant. Etrusci in re dubiā fidem Romanōrum frustra imploravērunt.

Ad<sup>8</sup> Alliam—non procul<sup>9</sup> a Romā—totum fere<sup>10</sup> diem in acie dimicātum est<sup>11</sup>. Romāni fugāti sunt. Solum<sup>12</sup> Capitolium, ubi praesidium erat, servātum est. Species Romae erat misera, dies fuit ater: res publīca<sup>13</sup> Romāna in summo pericūlo erat. Spes auxilii parva erat. Tandem<sup>14</sup> fortūnā rei publīcae Romānae<sup>15</sup> secunda fuit. Camillus enim ex exsilio revocātus patriam ex pernicie servāvit.

### 18. Κίμβροι καὶ Τεύτονες.

a) Cimbri et Teutōni popūli Germaniae erant. Olim<sup>1</sup> agri Germaniae fecundi non erant. Cum<sup>2</sup> numērus incolārum magnus esset, Cimbri et Teutōni cum<sup>3</sup> cunctis rebus suis ex patriā emigravērunt et in Galliā nova domicilia occupavērunt. Gallia Cisalpīna erat provincia rei publīcae Romānae. Advēnae erant viri novā specie et mirā acie<sup>4</sup> oculōrum et saevo vultu<sup>4</sup> et magnā audaciā<sup>4</sup>; nullam<sup>5</sup> rem magis<sup>6</sup> amābant quam<sup>7</sup> proelia et pericūla. Equitātus Cimbris et Teutōnis deerat; peditātu<sup>8</sup> pugnābant. Exercitībus viri bellicōsi et valīdi praeerant. Adventu<sup>9</sup> Germanōrum non modo<sup>10</sup> incōlis Galliae, sed etiam<sup>10</sup> senatui et magistratībus Romānis magnus metus parātus est; pernices rei publīcae adesse videbātur<sup>11</sup>.

b) Postquam<sup>1</sup> Romāni multis<sup>2</sup> proeliis<sup>2</sup> ab<sup>3</sup> exercītu Germanōrum superāti sunt, Marius, vir rei bellīcae<sup>4</sup> perītus, exercitui Romāno praeftuit et rem publīcam Romānam ab<sup>5</sup> interītu servāvit. A<sup>3</sup> Mario exercitui Teutonōrum in Galliā, deinde<sup>6</sup> copiis Cimbrōrum in Italiā per-

nicies parāta est. Res publīca Romāna et magistrātūs<sup>7</sup> Romāni magno metu<sup>8</sup> liberāti sunt. Post<sup>9</sup> victorias gaudium popūli Romāni permagnū erat; copiae Marii post<sup>9</sup> redītū a<sup>3</sup> senātu multis rebus pretiōsis<sup>10</sup> donātae sunt; Marius ipse<sup>11</sup> pater<sup>12</sup> patriae appellātus est.

Reliquiae superāti exercitūs Cimbrōrum et Teutonōrum in Germaniam remigravērunt.

### 19. Κατσάνδρας μαντεία.

« Stultum est, Trojāni, sperāre, quamdū<sup>1</sup> Helēna rapta<sup>2</sup> habītat intra<sup>3</sup> muros nostros. Quoties<sup>4</sup> jam ego rogāvi, ut<sup>5</sup> imperio divīno obtemperarētis. Sed semper frustra<sup>6</sup> orabamīni, semper mea verba repudiabantur. Utinam<sup>7</sup> vestra consilia mutentur! Utinam meis verbis obtemperētis! Frustra immolātis hic<sup>8</sup> deis. Frustra tam<sup>9</sup> pugnabātur<sup>9</sup>. Frustra pugnātur<sup>10</sup> pro<sup>11</sup> puēris et femīnis. Frustra necabuntur multi Trojāni ante<sup>12</sup> muros. Jam provideo<sup>13</sup> incendium opp̄di et interītum incolārum Trojae. Jam video<sup>14</sup> copias adversariōrum ante<sup>12</sup> muros. Utinam<sup>15</sup> nunquam<sup>16</sup> nostrum opp̄dum expugnarētur! Sed expugnabītur, incōlae necabuntur, frustra femīnae laerimābunt et obsecrābunt adversarios ne<sup>17</sup> necentur, ne<sup>16</sup> priventur carā vitā<sup>18</sup> ».

### 20. Ὁ Ἀσκληπιός.

Roma olim molestā pestilentia<sup>1</sup> vastabātur. In rebus adversis<sup>2</sup> oracūlum interrogātur. «Aesculapius» inquit sacra dei ministra «deus medicōrum est. Si<sup>13</sup> inimīco anīmo<sup>4</sup> adversus<sup>5</sup> Romānos erit, nullis remedīis<sup>1</sup> morbus levabītur; si amīco anīmo<sup>4</sup> erit, ex pericūlo Romāni servabuntur. Si<sup>6</sup> Aesculapius auxilium suum op-

p̄do vestro negāret<sup>6</sup>, alios deos frustra implorarētis<sup>7</sup>. Sed Aesculapius auxilium suum non negābit, si imperio divīno obtemperabītis. Praeclārum templum dei est in opp̄do Epidauro. Inde<sup>8</sup> deus navigio<sup>9</sup> in insūlam<sup>10</sup> vestrām Tiberīnam<sup>10</sup> apportētur<sup>11</sup>; ibi<sup>12</sup> deo sacrificia parentur<sup>11</sup>. Postrēmo<sup>13</sup> templum Aesculapii in insūlā aedificētur<sup>11»</sup>.—Praeter<sup>14</sup> templum in insūlā Tiberīnā situm<sup>15</sup> Aesculapio alia templa erant aut<sup>16</sup> in lucis aut<sup>16</sup> ad<sup>17</sup> aquas. Aegri in templum portabantur, ibi a<sup>18</sup> deo sanabantur. Gallus, nuntius diēi, Aesculapio immolabātur.

## 21. Ὁ Δούρειος ἵππος.

Graeci paene<sup>1</sup> decem annos<sup>2</sup> frusta Trojam oppugnābant. Tandem<sup>3</sup> Ulixes<sup>4</sup>, rex<sup>5</sup> Ithācae, qui<sup>6</sup> propter prudētiām suā Minervae valde placēbat, Graecos conveāvit et incitāvit, ut<sup>7</sup> dolum adhibērent. «Popūlo<sup>8</sup> Trojanōrum armis<sup>9</sup> non nocēmus» inquit; «dolum adhibeāmus<sup>10</sup>! Itāque consilio meo parēte! Magnum equum lignēum aedificabīmus et alvum equi viris<sup>11</sup> armatis<sup>11</sup> complebīmus et in navigiis nostris apud<sup>12</sup> propinquam insūlam Tenēdum exītum rei exspectabīmus. Utīnam consilium meum vobis<sup>13</sup> placeat!» Cum<sup>14</sup> consilium viri callīdi Graecis placēret, equum lignēum auxilio Minervae aedificavērunt et viris strenuis complevērunt; deinde<sup>15</sup> ad<sup>16</sup> insūlam Tenēdum navigavērunt et in orā latēbant.

## 22. Θάνατος τοῦ Λαοκόοντος.

Equus ligneus non diu latuit, sed Trojanis mirum aspectum praebuit et initio<sup>1</sup> cunctos perterrit. Multis viris multisque femīnis placuit ex opp̄do in campum festināre, ut<sup>2</sup> equum spectārent. Alii<sup>3</sup> effigiem equi timē-

bant et silēbant, alii<sup>3</sup> suos admonēbant, ut<sup>2</sup> simulacrum in opp̄ido collocārent. Tum<sup>4</sup> Laocoōn<sup>5</sup>, minister deōrum, cum<sup>6</sup> filiis advolāvit et Trojānos admonuit, ut<sup>2</sup> equum delērent. « Timeo » inquit « ne<sup>7</sup> patriae nostrae<sup>8</sup> ab<sup>9</sup> equo Graecōrum pericūlum immineat. Verbis meis fidem habēte: equus deis nostris displīcet. De<sup>10</sup> patriā nostrā bene<sup>10</sup> merebītis<sup>10</sup>, si equum delebītis. Sed si equum conservaverītis, dolebītis, et multae feminae interītum virōrum et filiōrum deflēbunt ». Sed Laocoōn frustra Trojānos a<sup>11</sup> consilio deterrēre studuit et jussu<sup>12</sup> Minervae cum<sup>6</sup> filiis suis morsībus<sup>13</sup> hydrārum necātus est.

### 23. Γάϊος Μούκιος Σκαιόλας.

a) Cum<sup>1</sup> Porsenna, rex<sup>2</sup> Clusii, Romam oppugnāret, Romāni valde terrīti sunt, et magistrātūs timēbant, ne<sup>3</sup> opp̄dum expugnarētur et delerētur. Tum C<sup>4</sup>. Mucius Scaevōla bene de patriā suā meruit. A<sup>5</sup> Scaevōla enim<sup>6</sup> et ( ab<sup>5</sup> ) amīcis Scaevōlae consilium<sup>7</sup> habītum est<sup>7</sup>, quomodo<sup>8</sup> Porsenna consilio<sup>9</sup> prohibīti et Roma impētu Porsennae liberāri posset<sup>10</sup>. In consilio adulescentūlis placuit. « Unus<sup>11</sup> ex nobis<sup>12</sup> in castra adversariōrum intret<sup>13</sup> et Porsennam necet<sup>13</sup>! Tantā audaciā<sup>14</sup> adversarii bello<sup>15</sup> deterebuntur<sup>15</sup> ». Metu<sup>14</sup> poenae et supplicii a<sup>16</sup> consilio suo non deterrītus<sup>16</sup> Mucius in castra adversariōrum intrāvit et virum pretiōsis vestimentis<sup>17</sup> ornātum necāvit. Non autem Porsennam, sed scribam Porsennae necavērat.

b) Tum Porsenna colloquium cum<sup>1</sup> Mucio habuit. In colloquio Mucius magnā audaciā<sup>2</sup> fuit. A Porsennā interrogātur, quis<sup>3</sup> esset; Mucius: « Romānus » inquit « sum; C. Mucius nomīnor. Te<sup>4</sup> nēcāre in anīmo habui<sup>5</sup>; falsā specie<sup>6</sup> deceptus<sup>7</sup> scribam necāvi. Doleo, quod<sup>8</sup> frustra scri-

ba necātus est; tu<sup>9</sup> ab aliis necabēris. Nam cruciātus et supplicium a Romānis non timentur, si patriam liberāre in anīmo habent». Pericūlo<sup>6</sup> terrītus et irā<sup>6</sup> inflammātus rex<sup>10</sup> imperāvit, ut<sup>11</sup> tormenta apportarentur et Mucius vexarētur. Mucius autem «Cruciātū» inquit «non terreor» et dextram in flammam arae injēcit<sup>12</sup> et cremāvit. Tantā audaciā<sup>13</sup> Mucii Porsenna a bello Romanōrum deterrītus est.

#### 24. Ὁ Αννίβας.

Hannībal, filius Hamilcāris, jam<sup>1</sup> juvēnis exercitui Carthaginiensium praefuit et cum<sup>2</sup> Romānis diu<sup>3</sup> bellāvit. Magna est gloria belli Hannibālis; primus<sup>4</sup> erat pendītum et primus equītum; Hannibālem sui milītes et cives amābant, Romāni et socii Romanōrum timēbant. Copiis Romanōrum consūles praeerant. Unus<sup>5</sup> ex consulībus Scipio erat. Hannībal, cum<sup>6</sup> a Scipiōne superātus esset, iram civium et odium hostium vitāvit et in alienas terras migrāvit; postrēmo<sup>7</sup> hospes Prusiae, regis Bithyniae, erat. Sed Romāni etiam senem timēbant et delēre studēbant. Propterea<sup>8</sup> Hannībal venēno<sup>9</sup> se ipse necāvit<sup>10</sup>.

#### 25. Ὁ Ρωμαϊκὸς θρίαμβος.

Juppīter, frater Neptūni, summus<sup>1</sup> deus Romanōrum, a Romānis pater deōrum hominumque appellabātur. In monte Capitolīno opp̄di Romanōrum Juppīter praeclārum templum habēbat. Imperatōres Romāni, qui<sup>2</sup> triumphābant, cum<sup>3</sup> militībus ad<sup>4</sup> templum summi dei commēabant. Ad currum triumphatōris equi albi alligāti erant. Ante<sup>5</sup> currum reges hostium superatōrum<sup>6</sup>, catēnis<sup>7</sup>

onerāti, pedībus<sup>8</sup> migrābant, post<sup>9</sup> currum triumphantis filii ( migrābant ); tum<sup>10</sup> totus<sup>11</sup> exercitus apparēbat: pedītes et equītes erant. Et imperātor et milītes a civībus laeto clamōre<sup>12</sup> salutabantur. Imperātor in templo summi dei sacrificābat; milītes frumento et vino et pecunīā donabantur; reges et duces populōrum superatōrum<sup>6</sup> necabantur.

## 26. Οἱ Γράκχοι.

Ti<sup>1</sup>. Gracchus et C<sup>2</sup>. Gracchus fratres erant. Mater Gracchōrum erat Cornelia, filia Scipiōnis Africāni, mulier magnā dignitāte<sup>3</sup>. Gracchi tribūni<sup>4</sup> plebis erant. Magno amōre<sup>5</sup> patriae et libertatis, magnā fortitudīne<sup>6</sup>, magnā auctoritāte<sup>5</sup> apud<sup>6</sup> plebem eminēbant. Ut<sup>7</sup> misēram condiciōnem plebis levārent, novas leges rogavērunt<sup>8</sup>. Sed leges Gracchōrum patrībus<sup>9</sup> non placēbant, quod<sup>10</sup> dominatiōni patrūm periculōsae erant. Itāque patres Gracchos delēre studēbant. Et revēra<sup>11</sup> fratrībus misēram mortem paravērunt.

## 27. Λόγος Ρωμαίου δημάρχου.

Plebs pars popūli Romāni erat. Plebi Romānae tribūni plebis praeerant. Multi tribūni bene de plebe Romānā meruērunt.

Postquam<sup>1</sup> plebs Romāna diu<sup>2</sup> legībus sevēris<sup>3</sup> patrūm vexāta est, unus ex tribūnis plebis in contiōne hanc<sup>4</sup> oratiōnem<sup>4</sup> habuit<sup>5</sup>. «Condicio nostra» inquit «misēra est. Duris legībus<sup>3</sup> et molestā dominatiōne<sup>3</sup> patrūm plebs Romāna vexātur. Fecundae regiōnes Italiae plebi negantur, quamquam tota natio Romanōrum has<sup>6</sup> regiōnes occupāvit. Quod<sup>7</sup> fame<sup>3</sup> vexāmur, valetūdo se-

num et mulierum, juvēnum et virgīnum mala est. Se-verītas dominatiōnis patrum plebi Romānae causa seditiōnis erit. Itāque itērum<sup>8</sup> ex urbe in Sacrum montem emigrēmus et plebem a<sup>9</sup> patrībus separēmus!»

Postquam<sup>1</sup> oratio habīta est, universa plebs oratiō nem laudāvit, et magna pars civium ex urbe in Sacrum montem emigrāre in anīmo habuit<sup>10</sup>. Sed precībus<sup>11</sup> et promissis<sup>11</sup> patrum ira plebis placāta est.

## 28. Ἡ ἀρπαγὴ τῆς Ἐλένης ὑπὸ τοῦ Πάριδος.

a) Antīquis temporībus<sup>1</sup> Trojanōrum, gentis Asiae, rex erat Priāmus. Priāmus filium habēbat, cui<sup>2</sup> nomen erat Paris, juvēnem magnā pulchritudīne<sup>3</sup> corpōris. Paris aliquando<sup>4</sup> per<sup>5</sup> mare Aegaeum<sup>6</sup> in Graeciam na-vigāvit, ut<sup>7</sup> Menelāum, regem Spartae, visitāret. Spar-ta erat caput terrae Lacedaemoniōrum. Menelāus uxōrem habēbat nomīne<sup>8</sup> Helēnam. Uxor Menelai non solū Lacaenas, sed cunctas mulieres pulchritudīne<sup>9</sup> cor-pōris superābat.

b) Cum<sup>1</sup> rex aliquando ab<sup>2</sup> urbe Spartā abesset, Pa-ris Helēnam orāvit, ut<sup>3</sup> navem suam spectāret. Spar-ta ad flumen Eurōtam sita erat<sup>4</sup>. Helēna, Parīdis vo-luntāti obtempērans, cum<sup>5</sup> hospīte ad flumen migrāvit, ubi<sup>6</sup> navis Trojanōrum in portu erat. Postquam nau-tae Helēnam in navem portavērunt, regīna dona a Pa-riδe apportāta spectābat. Intērim<sup>7</sup> Paris nautis impe-rāvit, ut<sup>3</sup> ex portu flumīnis in mare apertum<sup>8</sup> navigā-rent. Ita<sup>9</sup> Paris Helēnam fraude<sup>10</sup> et dolo<sup>10</sup> raptāvit et jus hospitii violāvit. Hoc<sup>11</sup> scelus Parīdis poëta Homērus in carminībus suis commemōrat.

## 29. Ρωμαῖοι ποιηταί.

Romāni antīquis temporībus<sup>1</sup> laudabili<sup>2</sup> amōre patriae et agricultūrae erant et fertiles agros auxilio fideliū servōrum arābant. Itāque Cato, scriptor Romānus, civībus suis salutaria p̄aecepta de<sup>3</sup> agricultūrā dedit<sup>4</sup>; sed op̄era Catōnis magis<sup>5</sup> utilia quam<sup>6</sup> suavia erant. Artes et litt̄rae Augusti demum<sup>7</sup> aetāte<sup>1</sup> in urbe Romanōrum florēbant, postquam tristia et turpia bella civilia termināta sunt.

In num̄ero insignium poētārum Vergilius et Horatius et Ovidius fuērunt. Carmīna Vergiliī carminībus Homēri similia sunt: bellum et proelia his<sup>8</sup> poētis communia sunt. Etiam Horatius illustris poēta est et amīmos omnium mortalium etiam nunc delectat. Ovidii carmīna, quae<sup>9</sup> carminībus Vergiliī et Homēri dissimilia sunt, brevi tempōre<sup>1</sup> vobis<sup>10</sup> nota et jucunda erunt.

## 30. Ἰταλία.

Italia, magna paeninsūla, inter mare Tyrrhēnum et mare Adriatīcum patet.—Jugum Apennīni paene totam paeninsūlam montībus<sup>1</sup> et collībus<sup>1</sup> implet.—Sed circa<sup>2</sup> Padum flumen magna planities est.—Ibi<sup>3</sup> urbes celebres sitae sunt: Mediolānum, Cremōna, Verōna.—In hac<sup>4</sup> planitie acria proelia inter Romānos et Gallos et Carthaginienses et Germānōs fuērunt.—Copiis equestrībus<sup>5</sup> Carthaginiensium planities secunda<sup>6</sup> erat.—Itāque copiae pedestres<sup>7</sup> Romanōrum ibi<sup>3</sup> ab equitātu Carthaginiensium superātae sunt.—Nam equi Carthaginiensium acres et celères erant.—In equestri<sup>8</sup> ad Ticīnum proelio<sup>8</sup> consul Scipio vulnerātus et celéri<sup>9</sup> auxilio<sup>9</sup> filii

ab<sup>10</sup> interītu servātus est.—Etiam prope<sup>11</sup> Romam, urbem celēbrem, caput Italiae, magna planities est.—Ad litus maris Tyrrhēni campi palustres sunt; itāque aēr ibi salūber non est.

### 31. Καρχηδών.

Carthāgo erat colonia Tyriōrum. Carthāgo a Didōne, virgīne prudenti et audāci, in litore Afrīcae aedificata est. Vetères incōlae Carthagīnis diu nautae audāces, mercatōres prudentes, agricōlae diligentēs, homīnes felīces erant. Navībus suis<sup>1</sup> etiam in Siciliam et in Hispaniam navigavērunt et magnam partem fertilium terrārum occupavērunt. Sed in rebus secundis<sup>2</sup> superbi, in rebus adversis<sup>3</sup> non constantes erant et de<sup>4</sup> fortūnā desperābant. Itāque a Romānis, popūlo modesto et constanti, post bella vehementia superāti sunt. Carthāgo, vetus aemūla Romae, solo aequāta est<sup>5</sup>, quod<sup>6</sup> Cato senex semper cives suos admonēbat, ut<sup>7</sup> Carthāgo delerētur.

### 32. Ὁ Τρωϊκὸς πόλεμος.

In Trojāno litore castra Graecōrum non procul<sup>1</sup> ab urbe Trojā erant. In castris erant naves Graecōrum. Ante<sup>2</sup> vetēra moenia magnae et celēbris urbis Trojæ multos annos<sup>3</sup> et aestāte<sup>4</sup> et hiēme<sup>4</sup> pugnabātur<sup>5</sup>. Ibi<sup>6</sup> audax Diomēdes cum Aenēā et deā Venēre pugnābat, ibi Paris cum Menelāo, ibi Patrōclus cum Sarpedōne, fidēli socio Trojanōrum. Ibi Trojāni pugnābant, quamdiu<sup>7</sup> discordia fortium ducum Agamemnōnis et Achillis erat.

Post<sup>8</sup> decem annos urbs a Graecis expugnāta est. Vetères poëtae multa narrant de<sup>9</sup> expugnatiōne Trojæ, de equo ligneo et ingenti magnitudiñe ejus<sup>10</sup>, de terri-

b̄li incendio urb̄is, de crudeli caede incolārum, de morte regis Priāmi, de servitudine Hecūbae et filiae et divitum quondam<sup>11</sup> et felicium, jam<sup>12</sup> autem paup̄erum et infelicum feminārum Trojae.

### 33. Οἱ Πέρσαι.

Antiquissimis temporibus<sup>1</sup> Persae fortiōres et bellicosiores erant quam<sup>2</sup> cetēri omnes Asiae populi.—Cyrus, vir fortissimus et prudentissimus, Persas imperio<sup>3</sup> Medōrum, gentis multo<sup>4</sup> infirmioris et ignavioris, liberav̄erat et condītor ingentis regni Persārum fuit.—Cyrus unus ex nobilissimis regib⁹ fuit. Vehementissimo impētu<sup>5</sup> omnes hostes, velut<sup>6</sup> Lydos et Babylonios, populos multo<sup>4</sup> nobiliōres et potentiōres, superāvit.—Brevissimo<sup>7</sup> temporis spatio<sup>7</sup> regnum Persārum amplissimum fuit, et reges Persārum divitissimi et potentissimi fuērunt omnium regum Asiae.—Persae non modo cum populis Asiae bellav̄erunt, sed etiam cum gentibus aliārum terrārum.

Paulatim<sup>8</sup> autem Persae divitiis<sup>9</sup> et luxuriā<sup>9</sup> imbeliōres et molliōres facti sunt<sup>10</sup>.—Diu Graeci, qui<sup>11</sup> in litora Asiae et in Eurōpā habitabant, pro libertate patriae cum Persis pugnav̄erunt.—Quamquam Persae ampliore numero<sup>12</sup> milītum Graecos superābant, tamen<sup>13</sup> exercitūs Graecōrum multis proeliis<sup>14</sup> victores fuērunt; nam Graeci constantiores erant et imperio<sup>15</sup> ducum fortiorum parēbant.

### 34. Αἱ μάχαι τῶν Ἐλλήνων ἐν Μαραθῶνι, Θερμοπύλαις, Σαλαμῖνι καὶ Πλαταιαις.

Nihil<sup>1</sup> est clarior quam<sup>2</sup> pugna ad Marathōnem, ubi<sup>3</sup>

Miltiādes multo<sup>4</sup> minōre exercitu<sup>5</sup> copias pedestres et equestres Persārum fugāvit et paene delēvit.—Quid<sup>6</sup> pulchrius et honestius est quam<sup>2</sup> certamīna in Thermopylīs? Ibi<sup>7</sup> Leonīdas, vir fortissīmus et generosissīmus, qui<sup>8</sup> minīmo exercitui praeerat, vehementissīmos impētūs multo<sup>4</sup> majōris exercitūs Persārum diu sustinuit. Sed cum omnībus comitībus vitam efflāvit<sup>9</sup>. Nam homo pessīmus, nomīne<sup>10</sup> Ephialtes, prodītor patriae suae, Persis ( δτξ. ) viam per montes monstravērat, ut<sup>11</sup> Graecis interītum parārent.

Nulla<sup>12</sup> pugna nobilior erat quam<sup>2</sup> pugna navālis<sup>13</sup> ad Salamīnem. Ibi<sup>7</sup> commūnis classis Graecōrum multo<sup>4</sup> majōri classi hostium dolo<sup>5</sup> Themistōclis, viri prudētissīmi, et celerīmo omnium navium impētu<sup>5</sup> maxīmam cladēm parāvit. — Quid<sup>6</sup> illustrius fuit quam<sup>2</sup> proelium ad Plataeas? Ibi<sup>7</sup> exercitus Lacedaemoniōrum et Atheniensium, qui<sup>8</sup> optīmis ducībus, Pausaniae et Aristīdi, parēbat, maxīmum exercitūm Persārum superāvit et fugāvit et paene delēvit.

### 35. Διάλογος.

Alexander. Salve<sup>1</sup>, amīce! Ubi<sup>2</sup> heri<sup>3</sup> fuisti? ad te me avēram, ut<sup>4</sup> tibi librum monstrārem, qui<sup>5</sup> mihi a patre meo donātus est, sed aberas. Pater tuus mihi: «ignōro » inquit « ubi filius meus sit ».

Paulus. Doleo, quod<sup>6</sup> afui. Avus meus me invitavērat, ut<sup>4</sup> hortum suum et fructūs arbōrum spectārem.

A. Quam<sup>7</sup> felix tu es! Ego avum non habeo, qui<sup>8</sup> mei memor sit<sup>8</sup>.

P. Quid<sup>9</sup> inest in libro tuo? Si tibi jucundum est, ex libro tuo mihi et fratrībus meis recīta!

A. Libenter<sup>10</sup> vobis recitābo. Itaque vos oro, ut<sup>4</sup> cras<sup>11</sup> sub<sup>2</sup> vespērum in villā patris mei adsītis. Aderitisne<sup>13</sup>?

P. Aderīmus; nihil nobis jucundius est. Nihil magis<sup>14</sup> nos delectat quam<sup>15</sup> fabūlae et historiae et dicta sapientium virōrum. Sed cur non statim<sup>16</sup> mihi recītas?

A. Si id<sup>17</sup> tibi gratius est, libenter<sup>10</sup> tibi obtemperābo; tu autem memoriā tene<sup>18</sup>, quod<sup>19</sup> tibi recitābo! Unus ex septem<sup>20</sup> sapientībus, qui<sup>21</sup> Bias appellabātur: «Omnia mea» inquit «mecum<sup>22</sup> porto».—Socrātes: «Meilior pars nostri» inquit «immortālis est» et «Conscientia est vox deōrum in nobis» et «Nemo<sup>23</sup> vestrum, si pec-  
cavērit, beātus erit».—Solo exclamāvit: «Nemo nostrum ante mortem beātus nomināri potest<sup>24</sup>».—Pythagōras: «Amīcus» inquit «alter ego est».—Maecēnas autem in testamento suo Augusto, imperatōri Romāno, man-  
dāvit: «Horatii ut<sup>25</sup> mei memor es!» Satisne<sup>26</sup> recitāvi?

P. Gratiam tibi habeo<sup>27</sup>, quod<sup>6</sup> mihi jam hodie ex li-  
bro tuo recitavisti. Magnum gaudium mihi paravisti.  
Sed si me amas, librum tuum mihi commōda, ut<sup>4</sup> unā<sup>28</sup>  
cum<sup>28</sup> fratrībus meis me fabūlis<sup>29</sup>, quae<sup>30</sup> in libro sunt,  
delectem! Nos omnes gratiam tibi habebīmus et tui  
memōres erīmus. Commodabisne librum?

A. Commodābo; ecce<sup>31</sup> liber meus! Vale<sup>32</sup>!

P. Vale, optīme amīce!

### 36. Ὁ Ἀννίβας ἐνθαρρύνει τοὺς στρατιώτας του.

Hannibal, clarissimus ille Poenōrum imperātor, cum<sup>1</sup> Alpium montes altissimos superavisset, milītum anī-  
mum<sup>2</sup> hac oratiōne<sup>3</sup> confirmāvit<sup>2</sup>.

«Vidētis, milītes fortissimi, Italiam illam, domici-

lium hostium nostrorum. Galli, incōlae harum regiōnum, socii amicique nostri erunt: hi nobis omnes res necessarias praebēbunt; hi erunt hostes acerrimi Romanōrum illōrum improbōrum. Urbes opulentae, Roma ista, caput ipsum, et opes urbis illīus praeda vestra erunt. Haec omnia in manībus vestris sunt. Romāni ipsi in maxīmo sunt timōre. Vos ipsi expugnavistis Saguntum, opp̄dum illud firmissīmum, superavistis Pyrenaeos illos montes, victōres fuistis Gallōrum: etiam victōres erītis Romanōrum illōrum ».

### 37. Κατιλίνας. — Κικέρων.

Catilīna homo improbissimus fuit. Ejus consilia rei publicae Romānae perniciōsa erant. Nam in anīmo habēbat magistratūs Romānos necāre et pro<sup>1</sup> iis ipse rem publicam Romānam administrāre et popūlum cum sociis suis expilāre. Sed Cicēro, qui<sup>2</sup> illo anno<sup>3</sup> consul erat, consilio<sup>4</sup> et fortitudīne suā<sup>4</sup> eum ita<sup>5</sup> terruit et coērcuit, ut<sup>5</sup> consilia ejus irrīta essent. Catilīna, postquam frustra Cicerōnem necāre temptāvit, ex urbe Romā evāsit<sup>6</sup>, ut<sup>7</sup> in Etruriā copiis amicōrum praeesset. Sed superātus et ipse in proelio necātus est. Socii autem ejus, qui<sup>8</sup> in urbe erant, jussu<sup>9</sup> Ciceronis necāti sunt, quamquam<sup>10</sup> nonnulli<sup>11</sup> nobīles Romāni vitam eōrum servāre studuērant.—Eundem Cicerōnem, qui optīme de patriā suā meruērat, postea cives accusavērunt, quod<sup>12</sup> cives Romānos necavisset, eumque relegavērunt. Sed jussu<sup>9</sup> eorundem Romanōrum brevi<sup>13</sup> in patriam revocātus est.

Idem Cicēro miserrīmum exītum vitae habuit. Nam jussu Antonii, qui ei inimīcus erat et eum timēbat, ne-

cātus est. Memoriam autem ejus usque ad<sup>14</sup> nostram aetātem homīnes servavērunt.

### 38. Κροῖσος καὶ Σόλων.

a) Croesus, rex Lydōrum, in urbe Asiae habitābat, cui nomen erat Sardes. Hic rex, cujus divitiae erant ingentes, tantam potentiam tantasque opes habēbat, ut<sup>1</sup> fama ejus in omnībus terris et apud<sup>2</sup> omnes gentes maxīma esset. Itāque non modo amīci et hospites, quos multos semper habent divītes, sed etiam peregrīni saepe in illā urbe erant, ut<sup>3</sup> opes illīus spectārent.

b) Aliquando<sup>1</sup> Solo Atheniensis, quem Graeci inter septem<sup>2</sup> sapientes numeravērunt, apud Croesum fuit, cujus hospes erat, et rex imperāvit, ut<sup>3</sup> ei (δτκ.) omnes divitiae regiae monstrarentur. Deinde<sup>4</sup> a Croeso interrogātus est, quis felicissīmus omnium homīnum esset. Ille: «Tellus Atheniensis» inquit «meā sententiā<sup>5</sup> felicissīmus fuit; nam ei (δτκ.) boni et probi libēri erant et pro<sup>6</sup> patriā pugnans vitam efflāvit». Tum<sup>7</sup> Croesus: «Quid?» inquit «Egone tibi felicissīmus esse non videor?» Et Solo: «Res humānae» inquit «cadūcae sunt et saepe mutantur. Quid incertius est quam<sup>9</sup> opes et divitiae? Pauci homīnes usque ad<sup>10</sup> ultīmum diem viatae fidis amīcis, tranquillo anīmo, bonā valetudīne delectantur. Itāque nemo ante mortem a me beātus nominabītur». Haec verba Solōnis Croeso, qui magnā<sup>11</sup> erat superbiā<sup>11</sup>, non placuērunt, et rex sapientiam illīus parvi<sup>12</sup> aestimāvit. Sed paulo post<sup>13</sup> fortūna regis ita<sup>14</sup> mutāta est, ut<sup>14</sup> ipse de<sup>15</sup> felicitāte suā dubitāret.

c) Iulis temporībus<sup>1</sup> rex Persārum erat Cyrus, de quo supra<sup>2</sup> sermo fuit. Cyri potentia tanta erat, ut<sup>3</sup>

omnes gentes, quibuscum<sup>4</sup> bellābat, superāret. Croesus, cui magna potentia Cyri displicēbat, bellum parāvit et cum magno exercītu in agros Persārum intrāvit. Sed Cyrus exercītum Croesi superāvit et urbem Sardem expugnāvit. Croesum vero<sup>5</sup> ipsum cremāre cogītans in rogo collocāvit. In eo<sup>6</sup> stans<sup>7</sup> Croesus ter<sup>8</sup> Solōnis nomen exclamāvit. Tum Cyrus interrogāvit Croesum, quis Solo esset et cur auxilium ejus implorāret. Et Croesus: «Auxilium» inquit «Solōnis non implorāvi; sed memor eram verbōrum sapientissīmi illīus viri, quae memoriae meae<sup>9</sup> mandāvi<sup>9</sup>: Nemo ante mortem a me bēatus nominabītur». His verbis<sup>10</sup> perturbātus Cyrus Croesum pericūlo, in quo erat, liberāvit eumque orāvit, ut<sup>11</sup> amīcus suus esset. Sed regnum suum Croesus non recuperāvit.

### 39. Φιλοπατρία Σπαρτιάτιδος.

Nuntius quidam Lacedaemonius, qui ex pugnā in urbem properavērat, mulieri, cujus quinque<sup>1</sup> filii in acie necāti erant, interroganti, quid de<sup>2</sup> bello nuntiāret, filiōrum mortem nuntiāvit. Tum illa: «Non hoc» inquit «te interrogāvi, sed illud tu mihi nuntia, utrum<sup>3</sup> nos hostem superaverīmus, an<sup>3</sup> ab eo superāti simus». Is cum<sup>4</sup> praeclāram victoriam Lacedaemoniōrum et cladem hostium nuntiavisset, mulier pro<sup>5</sup> suo erga<sup>6</sup> patriam amōre: «Vos» inquit «dei immortāles, laudo, quod<sup>7</sup> patriam servavistis; filiōrum mortem quamquam<sup>8</sup> est acerbissīma, aequo<sup>9</sup> tamen anīmo<sup>9</sup> tolerābo».

Tantus amor patriae in Lacaenārum anīmis erat.

### 40. Μύρμηξ καὶ τέττιξ.

Formīca diligenter<sup>1</sup> et prudenter<sup>2</sup> frumentum ae-

stāte<sup>3</sup> collegērat<sup>4</sup>, ut<sup>5</sup> hiēme<sup>3</sup> cibum habēret. Sed cicāda de futūro tempōre non congitavērat. Itāque cum<sup>6</sup> hiems esset, non habēbat, unde<sup>7</sup> nutritur, et formīcam rogāvit, ut<sup>5</sup> sibi cibum impertīret. Illa autem: « Quid impe- dīvit » inquit « quom̄inus<sup>8</sup> aestāte<sup>3</sup> cogitāres de futūro tempōre? Quibus negotiis<sup>9</sup> impedīta eras? » Cicāda ad haec verba respondit: « Cantāvi in agris et in campis; tu vocem meam, qua<sup>10</sup> omnes delectāvi, non audivisti? » Cum<sup>6</sup> haec verba cicādae audivisset, formīca: « Audīvi » inquit « vocem tuam; sed cum<sup>6</sup> te monērem, ut<sup>5</sup> labo- rāres, consilio meo non oboedivisti. Qui consilio pru- dentium non oboedivērit, jure<sup>11</sup> puniētur. Qui aestāte<sup>3</sup> de futūro tempōre non cogitavērit, hiēme<sup>3</sup> jure<sup>11</sup> esu- riet. Cibus tibi a nobis non impertiētur ».

#### 41. Αἰνείας.

Cum<sup>1</sup> Graeci decīmo<sup>2</sup> anno<sup>3</sup> belli Trojam dolo<sup>4</sup> ex- pugnavissent, urbs incendio delēta est, incōlae necāti, femīnae vinctae et in Graeciam transportātae sunt, ut<sup>5</sup> servīrent. In numēro eōrum Trojanōrum, quos dei ser- vavērunt, fuit Aenēas, filius Venēris, vir fortissīmus et prudentissīmus. Is jam initio<sup>6</sup> consilia et facinōra Parīdis nunquam<sup>7</sup> probavērat et cum<sup>1</sup> sensisset, quanta<sup>8</sup> esset injuria hujus viri, optavērat et suasērat, ut<sup>5</sup> bel- lum finirētur. At<sup>9</sup> cum<sup>1</sup> hoc consilium repudiātum es- set, neque<sup>10</sup> laborībus neque<sup>10</sup> vulnerībus fatigātus om- nībus proeliis interfuerat et cum ipso Achille pugnavērat.

Tum<sup>11</sup> fugā<sup>4</sup> vitam servāvit et tantā<sup>12</sup> fuit pietāte<sup>12</sup>, ut<sup>13</sup> patrem senem umēris suis ex urbe portāret. Cum cetēris Trojānis, qui ex clade servāti erant, postea in Italiam venit ibique<sup>14</sup> novam patriam repp̄erit.

## 42. Ὁ Ὀδυσσεὺς καὶ αἱ Σειρῆνες.

Cum<sup>1</sup> Ulixes insulae<sup>2</sup> Sirēnum appropinquāret, divīnae illae virgīnes in litōre, quod mirā<sup>3</sup> florū copiā<sup>3</sup> vestītum erat, sic<sup>4</sup> cantābant:

« Navīga hue<sup>5</sup> ,Ulixes, clarissime rex, cujus laude terrae et maria complēta sunt. Carmīna nostra sunt dulciōra quam mel. Omnes curae, etiamsi<sup>6</sup> gravissīmae sunt, leniuntur carminībus nostris<sup>3</sup>. Advōla; invitāmus et rogāmus te. Nos omnia scimus. Audies de laborībus periculisque belli Trojāni; cantabīmus de incendio Trojāe, quo<sup>3</sup> illi labōres finīti sunt. Oboedi et audi, ut<sup>7</sup> omnes nautae nobis oboediēbant ».

Sic<sup>8</sup> Sirēnes cantābant. Et oboedivisset Ulixes, nisi<sup>9</sup> vincūlis<sup>10</sup>, quibus<sup>3</sup> in nave religātus erat, impedītus esset.

## 43. Τὸ Ρωμαϊκὸν κράτος.

a) Rei publīcae Romānae initio<sup>1</sup> unus vir praeerat, qui rex appellabātur. A duōbus fratrībus Roma aedificāta est, a Romūlo et Remo, anno septingentesīmo quinquagesīmo tertio<sup>2</sup> ante<sup>3</sup> Christum<sup>3</sup> natum<sup>3</sup>. Post mortem Remi Romūlus primus rex Romanōrum fuit. Septem reges Romāni fuērunt: primus erat Romūlus, secundus Numa Pompilius, tertius Tullus Hostilius, quartus Ancus Marcius, quintus Tarquinius Priscus, sextus Servius Tullius, septīmus Tarquinius Superbus. Romāni, postquam dominatiōne<sup>4</sup> regum se liberavērunt anno quingentesīmo decīmo<sup>2</sup> a<sup>5</sup>. Chr.<sup>5</sup> n.<sup>5</sup>, duos consūles creavērunt, qui<sup>6</sup> rem publīcam Romānam administrārent<sup>6</sup>. Brutus et Collatīnus primi consūles fuērunt. Praeterea<sup>7</sup> multi alii magistrātūs erant: censōres, prae-

tōres, aedīles, quaestōres, tribūni plebis. Romāni, ut<sup>8</sup> imperium amplificārent, cum omnībus fere<sup>9</sup> Italiae popūlis bellavērunt. Tria bella Romāni cum Samnitībus gessērunt<sup>10</sup>. Duo consūles, Decii, pater et filius, alter bello<sup>11</sup> Latinōrum<sup>12</sup>, alter bello<sup>11</sup> Samnitium<sup>12</sup> pro patriā pugnantes vitam efflavērunt. Ab<sup>13</sup> anno ducentesimo sexagesimo sexto a<sup>5</sup>. Chr. n<sup>5</sup>. tota fere<sup>9</sup> Italia Romānis parēbat.

b) Tria bella inter Romānos et Carthaginienses erant, quae Punīca appellantur. Secundo bello Punīco<sup>1</sup> (ab<sup>2</sup> anno ducentesimo duodecimēsimo usque ad<sup>3</sup> ultimum annum ejusdem saecūli) Romāni primis quattuor pugnis a Poenis superāti sunt. Post tertiam cladem unius viri prudentiā<sup>4</sup> et constantiā<sup>4</sup> res publīca Romāna servāta est, Fabii Maxīmi dictatōris. Eōdem bello<sup>1</sup> tres Scipiōnes diversis<sup>5</sup> temporibus<sup>5</sup> summam<sup>6</sup> imperii<sup>6</sup> tenebant: duo<sup>7</sup>, qui fratres erant, in Hispaniā cum Carthaginiensibus pugnavērunt et ambo in pugnā necati sunt; tertius<sup>8</sup> ex iis Hannibalem, qui per<sup>9</sup> quindēcim annos victor<sup>10</sup> Italiam occupātam tenuerat, in Africā superāvit ( anno ducentesimo secundo a. Chr. n. ) et hac victoriā<sup>4</sup> bellum septendēcim annōrum finīvit. Tertio bello Punīco<sup>1</sup> Carthāgo a Romānis delēta est; urbs septendēcim dies<sup>11</sup> noctesque<sup>11</sup> flagrābat anno centesimo quadragesimo sexto. Eōdem anno<sup>1</sup> etiam Corinthum, opulentissimam urbem Graeciae, Romāni delevērunt.

c) Cum duōbus popūlis Germaniae, Cimbris et Teutōnis, Romāni duodēcim annos<sup>1</sup> bellavērunt. Illi, postquam omnes exercitūs Romānos fugavērunt et agros vastavērunt totamque Galliam occupavērunt, duōbus atrocissimis proeliis a Romānis superāti sunt annis<sup>2</sup> cen-

tesimo secundo et centesimo primo. His duabus pugnis multa milia hominum necata sunt.

supplicium, ii, οὐδ. τιμωρία, μά-  
 λιστα δὲ ἡ ἐσχάτη, ὁ θάνατος.  
 supra, ἐπίρρ. ἀνωτέρω.  
 supra, πρόθ. μετ' αἰτ. = ὑπὲρ μετ'  
 αἰτιατ.  
 sustento, āvi, ātum, āre, 1 ὑπο-  
 μένω.  
 sustineo, tinūi, tentum, ēre, 2  
 ὑπομένω.  
 suus, a, um, ὁ, ἡ, τὸ ἔκυπτον, ἔκυ-  
 πτης.  

### T

 taceo, ūi, ūtum, ēre, 2 σιωπῶ.  
 talis, e, τοιοῦτος.  
 tam, ἐπίρρ. τόσον ( πολὺ ).  
 tamen, σύνδ. ὅμως.  
 tandem, ἐπίρρ. ἐπὶ τέλους.  
 tantus, a, um, τοσοῦτος.  
 Tarquinius, ii, ἀρ. Ταρκύνιος.  
 taurus, i, ἀρ. ταῦρος.  
 Tellus, i, ἀρ. Τέλλος.,  
 telum, i, οὐδ. βέλος πλ. tela,  
 ōrum = ὅπλα ἐπιθετικὰ ( ἀντίθ-  
 arma, ōrum ).  
 templum, i, οὐδ. ναός.  
 tempto, āvi, ātum, āre, 1 ὑπο-  
 πειρᾶμαι.  
 tempus, ōris, οὐδ. χρόνος.  
 Tenēdus, i, 0. Τένεδος.  
 teneo, tenūi, tentum, ēre, 2 κρα-  
 τῶ, ἔχω, διατηρῶ· memorīa  
 teneo = ἐν τῇ μνήμῃ κρατῶ,  
 ἐνθυμοῦμαι.  
 ter, ἐπίρρ. τρίς.

Terentius, ii, ἀρ. Τερέντιος.

tergum, i, οὐδ. γῶτον· terga verto  
= στρέφω τὰ νῶτα, τρέπομαι εἰς

( ὅπακτον ) φυγήν.

termīno, ἄνι, ἄτυμ, ἄρε, 1 πε-  
ρατῶ, τελειώνω.

terra, ae, θ. γῆ, χώρα.

terreo, rūi, rītum, ēre, 2 προμά-  
ζω, φοβῶ, ταράσσω.

terribilis, e, φοβερός.

terror, ὄρις, ἀρ. τρόμος.

tertius, a, um, τρίτος.

testamentum, i, οὐδ. διαθήκη.

Teutōni, ὄρυμ, ἀρ. Τεύτονες.

Themistōcles, is, ἀρ. Θεμιστο-  
κλῆς.

Thermopylae, ἄρυμ, θ. Θερμο-  
πύλαι.

Ti = Tiberius, ii, ἀρ. Τιβέριος.

Tiberīnus, a, um, ὁ ἀνήκων εἰς  
τὸν Τιβέριον· Tiberīna insūla  
= νῆσος τοῦ Τιβέρεως.

Ticēnus, i, ἀρ. Τίκινος ( παραπό-  
ταμος τοῦ Πάδου ).

timeo, ūi, ēre, 2 φοβοῦμαι.

timor, ὄρις, ἀρ. φόβος.

tolero, ἄνι, ἄτυμ, ἄρε, 1 ὑπο-  
μένω.

tomentum, i, οὐδ. βασανιστή-  
ριον.

totus, a, um, ὅλος, ὅλοκληρος.

tranquillitas, ἄτις, θ. νηρεμία.

tranquillus, a, um, ἥσυχος, ἀτά-  
ρακτος.

transgredior, gressus sum, i, Tyrtaeus, i, ἀρ. Τυρταῖος.

3 διαβαίνω, διαπλέω.

transporto, ἄνι, ἄτυμ, ἄρε, 1  
μετακομίζω.

Trasimēnus, i, ἀρ. Τρασιμένη  
( λίμνη τῆς Ἐτρουρίας ).

tres, tria, τρεῖς, τρία.

tribūnus milītum, γελίαρχος.

tribūnus plebis, καὶ ἀπλῶς tri-  
būnus, i, δήμαρχος.

tricesimus, a, um, τριακοστός.

tristis, e, θλιβερός.

triumphātor, ὄρις, ἀρ. θριαμ-  
βευτής.

triumpho, ἄνι, ἄτυμ, ἄρε, 1  
θριαμβεύω, κατάγω θρίαμβον.

Troja, ae, θ. Τροία.

Trojānus, a, um, Τρωικός· Tro-  
jāni, ὄρυμ = Τρῷες.

tu, σύ.

tureor, ( tutātus sum ), ēri, 2 προ-  
φυλάττω, διασφάζω.

Tullius, ii, ἀρ. Τύλλιος.

Tullus, i, ἀρ. Τύλλος.

tum, ἐπίρρ. τότε, ἔπειτα.

turpis, e, αἰσχρός, ἐπονείδιστος.

tutor, tātus sum, tāri, 1 προ-  
στατεύω.

tutus, a, um, ἀσφαλής.

tuus, a, um, σός.

Tyrii, ὄρυμ, ἀρ. Τύριοι ( κάποι-  
κοι τῆς Τύρου, πόλεως τῆς Συ-  
ρίας ).

Tyrrehēnus, a, um, Τυρρηνι-  
κός.

Ψηφιοποιήθηκε από το Ινστιτούτο Εκπαιδευτικής Πολιτικής

## U

ubi ? ἐπίρρ. πῶς ;  
 ubi, ἐπίρρ. ἔνθα, ὅπου.  
 Ulixes, is, ἀρ. Ὁδυσσεύς.  
 ultimus, a, um, ἔσχατος.  
 umbra, ae, θ. σκιά.  
 umerus, i, ἀρ. ὄψις.  
 unda, ae, θ. κῦμα.  
 unde, ἐπίρρ. ὄποθεν.  
 undesexagesimus, a, um, πεντη-  
     κοστὸς ἔνατος.  
 universus, a, um, σύμπαν.  
 unquam ( προηγουμένης ἀρνήσε-  
     ως ) ποτέ.  
 unus, a, um, εἷς, μόνος: utā cum  
     = ὅμοι μέ.  
 urbs, bis, θ. πόλις, ἄστυ.  
 ursus, i, ἀρ. ἄρκτος.  
 usque ad, μέχρι.  
 ut, ὡς, καθώς, ἵνα, ὥστε.  
 uter, utra, utrum, πότερος: u-  
     trum — an πότερον — ἢ.  
 uterque, utrāque, utrumque, ἑ-  
     κάτερος, ἀμφότεροι.  
 utīlis, e, ὀφέλιμος.  
 utīnam, εἴθε.  
 utor, usus sum, uti, 3 μεταγενέ-  
     ζομαι.  
 uva, ae, θ. σταφυλή.  
 uxor, ūris, θ. σύζυγος.

## V

valde, ἐπίρρ. σφύδρω, πολὺ.  
 valco, lūi, ēre, 2 δυιτίνω.

valetūdo, īnis, 0. κατάστασις ὑ-  
     γείας bona valetūdo ὑγεία.  
 valīdus, a, um, εὔρωστος, ρωμα-  
     λέος.  
 vallum, i, οὐδ. χαράκωμα, πρό-  
     χωμα.  
 varius, a, um, ποικίλος, διάφο-  
     ρος.  
 vas, vasis, οὐδ. ἀγγεῖον ὁ πληθ.  
     μόνον κατὰ τὴν β' κλίσιν vasa,  
     ōrum.  
 vasto, āvi, ātum, āre, 1 λεγλα-  
     τῶ, ἐρημᾶ.  
 vates, is, ἀρ. μάντις.  
 Vediaus Pollio, ἀρ. Βέδιος Πολ-  
     λίων, πλούσιος Ρωμαῖος ἴππευς.  
 vehēmens, ntis, σφοδρός, ὀρμη-  
     τικός.  
 velut, ἐπίρρ. ὡς, ὥσπερ.  
 venēnum, i, οὐδ. δηλητήριον.  
 venio, vēni, ventum, īre, 4 ἐρ-  
     χομαι.  
 venor, ātus sum, āri, 1 κυνηγῶ.  
 ventus, i, ἀρ. ἄνεμος.  
 Venus, ēris, 0. Ἀφροδίτη.  
 verbum, i, οὐδ. λόγος, λέξις.  
 vereor, rītus sum, rēri, 2 φοβοῦ-  
     μαι.  
 Vergilius, ii, ἀρ. Βεργίλιος.  
 verītas, ātis, θ. ἀλήθεια.  
 vero, σύνδ. δέ, ἀλλά.  
 Verōna, ae, θ. Βερώνη.  
 verto, rtī, rsum, ēre, 3 στρέφω·  
     verto terga στρέφω τὰ νῦντα :  
     τρέπομαι εἰς ( ἄτακτον ) φυγήν.  
 verum, i, οὐδ. τὸ ἀληθές.

- vesper, ēri, ἀρ. ἐσπέρα.
- Vesta, ae, 0. Ἐστία.
- vester, stra, strum, ὑμέτερος ( ἴδι-  
κός σας ).
- vestimentum, i, οὐδ. ἱμάτιον,  
ἐσθῆται.
- vestio, īvi, ītum, īre, 4 ἐνδύω,  
καλύπτω.
- Vettōnes, um, ἀρ. Βέττωνες, ἔ-  
θνος τῆς Ἰσπανίας.
- vetus, tēris, παλαιός, ἀρχαιός.
- vexo, āvi, ātum, āre, 1 βλάπτω,  
κκαδή, διαφθείρω, βασανίζω.
- via, ae, 0. ὁδός.
- vicinus, a, um, γειτονικός.
- victor, ὄρις, ἀρ. νικητής.
- victoria, ae, 0. νίκη.
- victus, ūs, ἀρ. τὰ πρὸς τὸν Βίον,  
τὰ ἐπιτήδεια.
- vicus, i, ἀρ. κώμη.
- video, vidi, visum, ēre, 2 βλέπω·  
πνω. videor, visus sum, ēri,
- δοκῶ, φαίνομαι.
- viginti, εἴκοσι.
- villa, ae, 0. ἐπανίας.
- vincio, nxi, nctum, īre, 4 δένω,  
δεσμεύω.
- vincio, vīci, victum, ēre, 3 νι-  
κῶ.
- vincūlum, i, οὐδ. δεσμός.
- vinum, i οὐδ. οἶνος.
- viōlo, āvi, ātum, āre, 1 βιάζο-  
μαι τινα, κακοποιῶ, βλάπτω.
- vir, viri, ἀρ. ἀνήρ.
- virgo, gīnis, 0. παρθένος.
- vis, αἰτ. vim, ἀρ. vi· πληθ. vi-  
res, virium κτλ., 0. δύναμις.
- visito, āvi, ātum, āre, 4 ἐπισκέ-  
πτομαι.
- vita, ae, 0. ζωή, βίος.
- vito, āvi, ātum, āre, 1 ἀπο-  
φεύγω.
- vitupēro, āvi, ātum, āre, 1 φέ-  
γω, κατηγορῶ.
- voco, āvi, ātum, āre, 1 καλῶ,  
προσκαλῶ.
- voluntas, ātis, 0. θέλησις.
- vox, vocis, 0. φωνή.
- vulnēro, āvi, ātum, āre, 1 πλη-  
γώνω.
- vulnus, nēris, οὐδ. τραῦμα, πλη-  
γή, κτύπημα.
- vultus, ūs, ἀρ. ὄψις, πρόσωπον.

## ΣΥΝΤΑΚΤΙΚΑ ΦΑΙΝΟΜΕΝΑ

### ΔΙΔΑΣΚΟΜΕΝΑ ΔΙΑ ΤΩΝ ΚΑΘ' ΕΚΑΣΤΗΝ ΠΕΡΙΚΟΗΩΝ

#### A'. Ἀφαιρετική.

1. Ἀφαιρετικὴ τοῦ ὀργάνου. Περικοπαί : 1. 3 - 11. 13. 17. 18. 20. 21. 23 - 25. 27. 28. 31 - 37.
2. Ἀφαιρετικὴ τῆς ἰδιότητος. Περικοπαί : 15. 17. 18. 20. 23. 26. 28. 29. 38. 41. 44.
3. Ἀφαιρετικὴ τοῦ τρόπου. Περικοπαί : 14. 25. 28. 39. 46. 48.
4. Ἀφαιρετικὴ τοῦ ποιητικοῦ αἰτίου. Περικοπαί : 16. 17. 18. 20. 22. 23. 27. 38. 40. 42. 44. 45.
5. Ἀφαιρετικὴ τοῦ ἀναγκαστικοῦ αἰτίου. Περικοπαί : 12. 13. 15. 23. 33.
6. Ἀφαιρετικὴ τοῦ κατά τι ἡ τῆς ἀναφορᾶς. Περικοπαί : 11. 13. 26. 28. 33. 47.
7. Ἀφαιρετικὴ τοῦ χρόνου. Περικοπαί : 28. 29. 32. 33. 37 - 41. 43. 46. 47. 52. 54.

#### B'. Προθέσεις.

1. a ἥ ab Περικοπαί : 16. 18. 20. 23 - 25. 28. 31.
2. ad. Περικοπαί : 8. 11. 12. 16. 17. 20. 21. 30.
3. ante. Περικοπαί : 3. 9. 19. 25. 32.
4. apud. Περικοπαί : 10. 14. 21. 26. 38. 46.
5. cum. Περικοπαί : 11 - 13. 15 - 18. 22 - 25. 28.
6. de. Περικοπαί : 32. 39.
7. ex. Περικοπαί : 2. 9. 11 - 13. 17. 18. 20. 22 - 24. 48.
8. in. Περικοπαί : 1. 3 - 5. 9 - 18.
9. inter. Περικοπαί : 8. 10. 13. 30. 43.
10. post. Περικοπαί : 9. 16. 18. 25. 32.
11. pro. Περικοπαί : 9. 14. 19. 33. 37. 38. 39.

#### C'. Σύνδεσμοι.

1. cum. α) χρονικός. Περικοπαί : 11. 12. 16. 17. 23. 24. 28. 36. 39. 40 - 52. 54. β) αἰτιολογικός. Περικοπαί : 11. 12. 14. 18. 21. 49. 50.
2. postquam. Περικοπαί : 18. 27 - 29. 37. 43.
3. quod. (αἰτιολογικός). Περικοπαί : 8. 11. 15. 23. 27. 31. 39.
4. ut. α) τελικός. Περικοπαί : 11. 12. 15. 21 - 23. 26. 28. 35. 37. 38. 40. 41. 53. β) ἀποτελεσματικός : Περικοπαί : 37. 38. 41. 46. 49. 50.
5. ne. (τελικός). Περικοπαί : 11. 19. 22. 48. 52. 53.
6. si. Περικοπαί : 9. 11. 13. 14. 16. 20. 22. 24.
7. nisi. Περικοπαί : 9. 12. 16. 42. 49. 50.
8. quamquam. Περικοπαί : 7. 8. 27. 33. 37. 39.

## ΠΙΝΑΞ ΤΩΝ ΠΕΡΙΕΧΟΜΕΝΩΝ

- 1 — 2. Πρώτη κλίσις. Ἐνεστῶς τῆς ὁριστικῆς τῆς ἐνεργητικῆς φωνῆς τῆς πρώτης συζυγίας.  
3. Ήρώτη κλίσις. Παρατατικὸς τῆς ὁριστικῆς τῆς ἐνεργητικῆς φωνῆς τῆς πρώτης συζυγίας.  
4. Ήρός ἐπανάληψιν.  
5 — 7. Οὐδιστικὰ δευτέρας κλίσεως εἰς - us καὶ - um. Ἐπίθετα δευτέρας κλίσεως εἰς - us, - a, - um.  
8. Ημακείμενος καὶ ὑπερσυντέλικος τῆς ὁριστικῆς τῆς ἐνεργητικῆς φωνῆς τῆς πρώτης συζυγίας.  
9. Ἐνεστῶς τῆς προστικῆς καὶ οἱ μέλλοντες τῆς ὁριστικῆς τῆς ἐνεργητικῆς φωνῆς τῆς πρώτης συζυγίας.  
10. Οὐδιστικὰ δευτέρας κλίσεως εἰς - er καὶ - ir. Ἐπίθετα δευτέρας κλίσεως εἰς - er, (ē)ra, (ē)rūm.  
11 — 12. Ἐνεστῶς καὶ παρακείμενος ἀπαρεμφάτου τῆς ἐνεργητικῆς φωνῆς τῆς πρώτης συζυγίας. Οἱ χρόνοι τῆς ὑποτακτικῆς τῆς ἐνεργητικῆς φωνῆς τῆς πρώτης συζυγίας.  
13 — 14. Τὸ βοηθητικὸν esse.  
15. Σύνθετα τοῦ esse.  
16. Τετάρτη κλίσις. Οἱ ἀπὸ τοῦ θέματος τοῦ ὑπίου συγχριτιζόμενοι τύποι τῆς παθητικῆς φωνῆς τῆς πρώτης συζυγίας.  
17. Ημέπτη κλίσις.  
18. Ήρός ἐπανάληψιν.  
19 — 20. Οἱ ἀπὸ τοῦ θέματος τοῦ ἐνεστῶτος συγχριτιζόμενοι τύποι τῆς παθητικῆς φωνῆς τῆς πρώτης συζυγίας.  
21 — 22. Δευτέρα συζυγία. Ἐνεργητικὴ φωνή.  
23. Δευτέρα συζυγία. Ηθοτικὴ φωνή.  
24 — 25. Οὖσαστικὰ τρίτης κλίσεως ἀρσενικά.  
26 — 27. Οὖσαστικὰ τρίτης κλίσεως θηλυκά.  
28. Οὖσαστικὰ τρίτης κλίσεως οὐδέτερα.  
29. Ἐπίθετα τρίτης κλίσεως εἰς - is, e.  
30. Ἐπίθετα τρίτης κλίσεως εἰς - er, (ē)ris, (ē)re.  
31. Ἐπίθετα τρίτης κλίσεως μονοκατάληκτα.  
32. Ήρός ἐπανάληψιν.  
33. Ομαλὴ σύγκρισις ἐπιθέτων.  
34. Ἀνόμικλος σύγκρισις ἐπιθέτων.  
35. Ηροσωπικαὶ καὶ κτητικαὶ ἀντωνυμίαι.  
36 — 37. Δεικτικαὶ ἀντωνυμίαι.  
38. Λυτροφρικαὶ καὶ ἔρωτηματικαὶ ἀντωνυμίαι.  
39. Ήρός ἐπανάληψιν.  
40 — 42. Τετάρτη συζυγία.  
43. Αριθμητικά.  
44 — 46. Τρίτη συζυγία.  
47 — 49. Ρήματα τρίτης συζυγίας εἰς -io λήγοντα.  
50 — 52. Ρήματα ἀποθετικά καὶ ἡμικαποθετικά.  
53 — 54. Ήρός ἐπανάληψιν.


# L H O M O N D



ΕΡΡΙΚΟΥ Α. ΣΚΑΣΣΗ  
ΑΚΑΔΗΜΑΪΚΟΥ ΟΜΟΤΙΜΟΥ ΚΑΘΗΓΗΤΟΥ ΤΟΥ ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟΥ ΑΘΗΝΩΝ

L H O M O N D  
DE VIRIS ILLUSTRIBUS  
URBIS ROMAE

ΔΙΑ ΤΗΝ Γ' ΤΛΕΙΝ ΤΩΝ ΓΥΜΝΑΣΙΩΝ



ΟΡΓΑΝΙΣΜΟΣ ΕΚΔΟΣΕΩΣ ΔΙΔΑΚΤΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΩΝ  
ΕΝ ΑΘΗΝΑΙΣ 1963

Ψηφιοποιήθηκε από το Ινστιτούτο Εκπαιδευτικής Πολιτικής



## ΠΡΟΛΟΓΟΣ

Η έκλιογή τῶν διηγημάτων ἔγινεν ἀπὸ τοῦ βιβλίου τοῦ Γάλλου κληρικοῦ καὶ παιδαγωγοῦ Καρόλου - Φραγκίσκου Lhomond. Συμμορφούμενοι πρὸς τὴν προκήρυξιν τοῦ Ὑπουργείου τῆς Παιδείας οὐ μόνον περιεκόψαμεν, ἀλλὰ καὶ ἐτροποιήσαμεν, ὡς καὶ ἄλλοι ἐκδόται μέχρι σήμερον ἔχουσι πράξει, τὸ ἀρχικὸν κείμενον τοῦ συγγραφέως ἐκεῖ, ἔνθα ἐκρίναμεν τοῦτο σκόπιμον γάριν τῶν ἀρχαρίων μαθητῶν πρὸς ἀπλουστέραν διατύπωσιν τῶν νοημάτων ἢ πρὸς ἐπίτευξιν δοκιμωτέρας συντάξεως.

Ἐκτὸς τῶν ἀνωτέρω μεταβολῶν ἐφιστῶμεν τὴν προσογὴν ἐπὶ τῶν ἔξης :

α ) Ἐσημειώθησαν δι' ἄλλων τυπογραφικῶν στοιχείων ( κ υ ρ - τ ἀ ν ) λέξεις λίκαν στενῶς πρὸς ἀλλήλας συσχετίζομεναι.

β ) Λέξεις ἢ φράσεις παρεμπίπτουσαι ἢ ἐπεξηγητικαί, αἱ ὅποιαι διακόπτουσι τὴν πρότασιν ἢ γίνονται ἐμπόδιον εἰς τὴν στενὴν σχέσιν δύο προτάσεων, ἐτέθησαν μεταξὺ δύο γραμμῶν.

“Οσον δ’ ἀφορᾷ εἰς τὰς ἑρμηνευτικὰς σημειώσεις, ἀκολουθήσαντες τὸ παράδειγμα ἄλλων, παρεθέσαμεν εἰς τὸ τέλος τῶν πλείστων τεμαχίων φράσεις τινάς, εἰλημμένας ἐκ τοῦ κειμένου, ἐν μεταφράσει ἐλευθέρᾳ πως, ἀφ’ ἐνὸς μὲν πρὸς συμπλήρωσιν τῶν σημειώσεων, ἀφ’ ἐτέρου δὲ πρὸς πλουτισμὸν τοῦ λεξιλογικοῦ θησαυροῦ τῶν μαθητῶν, ἀλλὰ καὶ πρὸς περαιτέρω μίμησιν δι’ ἀποδόσεως ὅμοίως ἄλλων γιορίων.

Ε.Α.Σ.

## ΕΛΛΑΣ ΣΗΜΑΝΤΙΚΟΥΣ

επιστήμην και την πολιτική της συγχρόνως αποτελεί η μάθηση της γλώσσας. Η  
επιδιόρθωση της γλώσσας στην επιστήμη και στην πολιτική διαπραγματίζεται στην πολιτική  
της Ελλάς. Το παρόν έργο προσπαθεί να διευκολύνει την αύξηση της γλώσσας στην  
επιστήμη και στην πολιτική. Οι παραπομπές της Ελλάς στην πολιτική της γλώσσας  
προσπαθούν να αποδειχθεί ότι η γλώσσα είναι η πιο σημαντική πόλη στην πολιτική της γλώσσας.  
Οι παραπομπές της Ελλάς στην πολιτική της γλώσσας προσπαθούν να αποδειχθεί ότι  
η γλώσσα είναι η πιο σημαντική πόλη στην πολιτική της γλώσσας.  
Οι παραπομπές της Ελλάς στην πολιτική της γλώσσας προσπαθούν να αποδειχθεί ότι  
η γλώσσα είναι η πιο σημαντική πόλη στην πολιτική της γλώσσας.  
Οι παραπομπές της Ελλάς στην πολιτική της γλώσσας προσπαθούν να αποδειχθεί ότι  
η γλώσσα είναι η πιο σημαντική πόλη στην πολιτική της γλώσσας.  
Οι παραπομπές της Ελλάς στην πολιτική της γλώσσας προσπαθούν να αποδειχθεί ότι  
η γλώσσα είναι η πιο σημαντική πόλη στην πολιτική της γλώσσας.

## ΒΙΟΓΡΑΦΙΑ ΤΟΥ LHOMOND

Ο Ch. Fr. Lhomond ( 1727 — 1794 ) ἐγενήθη ἐν Chaulnes ( Somme ). Φοιτήσας εἰς τὸ Κολλέγιον Inville, ἐν Παρισίοις, ἡκολούθησεν ἐκκλησιαστικὸν στάδιον καὶ ἔγινε διδάσκαλος ἐν τῷ αὐτῷ σχολεῖῳ. Μετὰ τὴν κατάργησιν τούτου ὁ Lhomond ἐδιδαξεν ἐπὶ εἰκοσαετίᾳν καὶ πλέον εἰς τὸ περίλαμπρον Κολλέγιον τὸ Ιδρυθὲν τὸ ἔτος 1303 ὑπὸ τοῦ Καρδιναλίου Lemoine, περιορισθεὶς εἰς τὴν διδασκαλίαν τῶν μαθημάτων τῆς μικροτέρας τάξεως, ἐξ ἀγάπης πρὸς τοὺς μικροὺς μαθητάς, χάριν τῶν ὅποιων συνέγραψε διάφορα διδακτικὰ βιβλία.

Ἐκτὸς ὅλων βιβλίων θρησκευτικοῦ περιεχομένου συνέταξε δι' ἀρχαρίους ἀναγνωστικὸν de viris illustribus urbis Romae τῷ 1778 καὶ Λατινικὴν γραμματικὴν τῷ 1779. Ἐν τῷ ἀναγνωστικῷ βιβλίῳ παρουσιάζει, ὡς λέγει, ὁ Lhomond τοὺς βίους ἐπιφανῶν ἀνδρῶν τῆς Ῥώμης ἀπὸ τοῦ Ῥωμαίου μέχρι τοῦ Αὐγούστου μεταγειρισθεὶς ὡς πηγῆς τοὺς Λατίνους ίστορικοὺς ( Κορνήλιον Νέπωτα, Τίτον Αίβιον, Βολέριον Μάξιμον, Φλωρού, Σουητώνιον, Ιουστῖνον ) ἐν τῇ ἐπιθυμίᾳ νὰ κινήσῃ τὴν περιέργειαν τῶν νεαρῶν μαθητῶν καὶ νὰ μορφώσῃ τὰ ἥθη αὐτῶν διὰ παραδειγμάτων ἀρετῆς, ἐπιεικίας, ἀφιλοκερδείας, μεγαλοψυχίας, εὐεργεσίας καὶ φιλοπατρίας.

Ἀρνηθεὶς νὰ δώσῃ ὄρκον εἰς τὰς ἐπὶ τῆς θρησκείας πολιτικὰς ἀξιώσεις τῆς Γαλλικῆς Ἐπαναστάσεως ἐφύλακίσθη τὸν Αὔγουστον τοῦ 1792 μετ' ὅλων ἀληρικῶν ἐν τῇ εἰς φυλακὴν μετατραπείσῃ ἐκκλησίᾳ τοῦ Saint - Firmin, ἀλλ' ἡλευθερώθη μετ' ὀλίγας ἡμέρας τῇ ἐπεμβάσει τοῦ Tallien, παλαιοῦ μαθητοῦ του. Ἀπέθανεν ὀλίγον ἔπειτα ἐν Παρισίοις τῇ 31ῃ Δεκεμβρίου τοῦ 1794 εἰς ἡλικίαν 67 ἑτῶν.

Η πόλις Amiens ( 29 - 5 - 1860 ) καὶ ἡ γενέτειρα Chaulnes ( 30 - 5 - 1860 ) εὐγενῶς ἀμύλλωμεναι ἔστησαν τὸν ἀνδριάντα αὐτοῦ. Καὶ σήμερον ὄδός τις τῶν Παρισίων φέρει τὸ ὄνομα τοῦ σεμνοῦ ἵερέως καὶ διδασκάλου, ἀφιερώσαντος χάριν τῆς σπουδαζούσης νεότητος ὄλοκληρον τὸν βίον του.

## ΕΛΛΗΝΙΚΗ ΔΗΜΟΚΡΑΤΙΑ

Επίσημη Εκδόση της Κυβερνήσεως  
της Ελληνικής Δημοκρατίας  
που αποτελεί την πρώτη σειρά από  
την αναπομπή της έργου της Εθνικής  
Επιμελείας στην Ελλάδα.  
Επίσημη Εκδόση της Κυβερνήσεως  
της Ελληνικής Δημοκρατίας  
που αποτελεί την πρώτη σειρά από  
την αναπομπή της έργου της Εθνικής  
Επιμελείας στην Ελλάδα.  
Επίσημη Εκδόση της Κυβερνήσεως  
της Ελληνικής Δημοκρατίας  
που αποτελεί την πρώτη σειρά από  
την αναπομπή της έργου της Εθνικής  
Επιμελείας στην Ελλάδα.  
Επίσημη Εκδόση της Κυβερνήσεως  
της Ελληνικής Δημοκρατίας  
που αποτελεί την πρώτη σειρά από  
την αναπομπή της έργου της Εθνικής  
Επιμελείας στην Ελλάδα.  
Επίσημη Εκδόση της Κυβερνήσεως  
της Ελληνικής Δημοκρατίας  
που αποτελεί την πρώτη σειρά από  
την αναπομπή της έργου της Εθνικής  
Επιμελείας στην Ελλάδα.

## ΜΕΡΟΣ ΠΡΩΤΟΝ

### ΚΕΙΜΕΝΟΝ

#### I. ROMANI IMPERII EXORDIUM

1

Proca, rex Albanorum, duos filios, Numitorum et Amulium, habuit. Numitor — qui natu maior erat — regnum reliquit ; sed Amulius — pulso fratre — regnavit et — ut eum subole privaret — Rheam Silviam, eius filiam, Vestae sacerdotem fecit. Haec tamen, quam deus Mars amavit, geminos pueros, Romulum et Remum, edidit. Amulius vero ipsam in vincula coniecit, parvulos — alveo impositos — abiecit in Tiberim, qui tunc forte super ripas erat effusus ; sed — relabente flumine — liberos aqua insiceo reliquit. Vastae tum in iis locis solitudines erant. Lupa — ut fama est — ad vagitum puerorum accurrit, infantes lingua lambit, ubera eorum ori admovit matremque se gessit.

2

Cum lupa saepius ad parvulos — veluti ad catulos — reverteretur, Faustulus — pastor regius — rem animadvertisit, pueros sustulit et Accae Laurentiae coniugi dedit educandos. Sic Romulus et Remus inter pastores primo ludicris certaminibus vires auxerunt, deinde venantes saltus peragrare latronesque a rapina pecorum arcere cooperunt. Quare iis insidiati sunt latrones, a quibus Remus captus est ; Romulus autem vi se defendit. Tum Faustulus — necessitate compulsus — indicavit Romulo, quis avus eorum, quae mater esset. Romulus statim — armatis pastoriibus — Albam properavit.

3

Interea Remum latrones ad Amulium regem perduxerunt, dicentes eum Numitoris agros infestare. Itaque Remus Numi-

tori a rege ad supplicium traditus est ; at Numitor — considerato adulescentis vultu — nepotem agnovit. Nam Remus oris linearimentis erat matri simillimus aetasque eius temporis expositionis congruebat. Dum ea res animum Numitoris anxium tenet, repente Romulus — genere cognito — supervenit, fratrem liberavit, et — Amulio interfecto — avum Numitorem in regnum restituit.

## 4

Deinde Romulus et Remus urbem in iisdem locis — ubi expositi educative erant — condiderunt ; sed orta de imperio inter eos contentio, uter nomen novae urbi daret eamque regeret : adhibuerunt auspicia. Remus sex vultures, Romulus duodecim vidit. Sic Romulus, augurio victor, urbem e suo nomine Roman vocavit, et — ut eam *prius* legibus *quam* moenibus muniret — edixit ne quis vallum transiliret. Quod Remus — invidiā adductus — transiluit irridens. Eum iratus Romulus interfecit, his increpans verbis : « Sic deinceps pereat quicumque transiliet moenia mea ». Ita solus potitus est imperio Romulus.

## 5

Romulus imaginem urbis *magis quam* urbem fecerat; deerant incolae. Erat in proximo lucus ; hunc asylum fecit. Eo statim multitudo latronum pastorumque confugit. Cum vero uxores ipse populusque non haberent, legatos circa vicinas gentes misit, qui societatem conubiumque novo populo peterent. Sed nusquam benigne audita est legatio; ludibrium etiam additum : « Cur non feminis quoque asylum aperuistis ; id enim compar foret conubium ». Romulus — aegritudinem animi dissimulans — ludos parat : indici deinde finitimus spectaculum iubet. Multi convenerunt maximeque Sabini cum liberis et coniugibus. *Ubi* spectaculi tempus venit eoque conversi omnium oculi mentesque erant, *tum* — signo dato — iuvenes Romani discurrunt, et filias Sabinorum rapiunt.

## 6

Haec fuit statim causa belli. Sabini enim ob virgines raptas bellum adversus Romanos moverunt et — cum Romae appropin-

quarent — Tarpeiam virginem nacti sunt, quae — aquam sacrorum extra moenia petitum — descenderat. Huius pater Romanae praeerat arcii. Titus Tatius, Sabinorum dux, Tarpeiae dixit : « Optionem muneris tibi dabo, si exercitum meum in Capitolium perduxeris ». Illa petiit, quod Sabini in sinistris manibus gerebant, videlicet anulos et armillas. Tatius dolo se promisit ; sed postquam virgo Sabinos in arcem perduxit, eam scutis obrui iussit ; nam et scuta in laevis habuerant. Sic impia proditio celeri poena vindicata est.

## 7

Romulus adversus Tatiū ad certamen processit, et in eo loco — ubi nunc Romanum forum est — pugnam conseruit. Primo impetu vir inter Romanos insignis — nomine Hostilius — fortissime dimicans eccidit ; cuius interitu consternati Romani fugere coeperunt. Iam Sabini clamitabant : « Vicimus perfidos hospites, imbelles hostes. Nunc sciunt longe *aliud* esse virgines rapere, *aliud* pugnare cum viris ».

Tunc Romulus — arma ad caelum tollens — Iovi aedem vovit et exercitus — seu forte seu divinitus — restitit. Itaque proelium redintegratur ; sed raptae mulieres — crinibus passis — ausae sunt se inter tela volantia inferre et *hinc* patres *hinc* viros orantes pacem conciliaverunt.

## 3

## H. TULLUS HOSTILIUS ROMANORUM REX TERTIUS

Mortuo Numa, Tullus Hostilius rex creatus est. Hic non solum proximo regi dissimilis, sed etiam Romulo ferocior fuit. Eo regnante, bellum inter Albanos et Romanos exortum est. Ducibus Hostilio et Fufetio placuit paucorum manibus fata utriusque populi committi. Erant apud Romanos trigemini Horatii, trigemini quoque apud Albanos Curiatii. Cum iis agunt reges, ut pro sua quisque patria dimicent ferro. Foedus ictum est *ea lege*, *ut unde* victoria *ibi* quoque imperium esset. Itaque trigemini arma capiunt, et in medium inter duas acies procedunt. Considerant utrimque duo exercitus. Datur signum infestisque armis terni iuvenes — magnorum exercituum animos gerentes — concurrunt.

Ut primo concursu increpuerunt arma micantesque fulserunt gladii, horror ingens spectantes perstrinxit. Conseris deinde manibus, statim duo Romani, *alter super alterum* exspirantes, ceciderunt; tres Albani vulnerati sunt. Ad easum Romanorum conclamavit gaudio exercitus Albanus. Romanos iam spes tota deserebat. Unum Horatium tres Curiatii circumsteterant. Tum unus, qui forte integer fuit, Romanus — quia tribus impar erat — fugam simulavit; singulos, per intervalla insequentes, separatim aggressus necavit. Sic unius viri manu parta Victoria Romanis est. Deinde Fufetius exercitum Albanum domum abduxit.

## 9

Romani ovantes ac gratulantes Horatium accipiunt, et domum deducunt. Princeps ibat Horatius trium fratrum spolia prae se gerens. Cui obvia fuit soror virgo, quae uni ex Curiatiis desponsa fuerat. Haec — viso super humeros fratris paludamento sponsi, quod ipsa confecerat — flere et crines solvere coepit. Movit ferocis iuvenis animum comploratio sororis in tanto gaudio publico; itaque — stricto gladio — transfigit puellam, simul eam verbis increpans: «Abi hinc cum immaturo amore ad sponsum, oblita fratrum, oblita patriae. Sic pereat quaecumque Romana lugebit hostem».

## 10

## III. IUNIUS BRUTUS ROMANORUM CONSUL PRIMUS

Expulsis regibus duo consules creati sunt, L. Iunius Brutus et L. Tarquinius Collatinus, Lucretiae maritus. Annuum iis imperium tributum est, ne per diurnitatem potestatis insolentiores fierent. Sed Collatino paulo post dignitas sublata est, quod invisum erat populo Tarquiniorum nomen. In eius locum P. Valerius Publicola consul creatus est. Sed erant in iuventute Romana adulescentes aliquot, sodales Tarquiniorum, qui novum imperium aegre ferebant. Hi cum legatis — quos rex ad bona sua repetenda Romanam miserat — de restituendis regibus colloquuntur, ipsos Bruti consulis filios in societatem consilii adsumunt. Sermonem eorum ex servis unus exceptit, et rem ad consules detulit. Coniurati omnes, in

quibus erant liberi Bruti consulis, in vincula coniecti sunt, deinde damnati. Missi lectores eos nudatos virgis caedunt securique feriunt. Supplicii *non* spectator *medo*, *sed et* exactor erat Brutus, qui tunc patrem exuit, ut consulem ageret.

## 11

## IV. HORATIUS COCLES

Porsenna, rex Etruscorum, ad restituendos in regnum Tarquinios cum infesto exercitu Romam venit. Primo impetu Ianiculum cepit. Non unquam alias ante tantus terror Romanos invasit : adeo valida res tum Clusina erat magnumque Porsennae nomen. Ex agris in urbem demigrant ; urbem ipsam saepiunt praesidiis. Alia urbis pars muris, alia Tiberi obiecto tuta videbatur. Pons Sublicius iter paene hostibus dedit, nisi unus vir fuissest Horatius Cocles, illo cognomine appellatus, quod in alio proelio alterum oculum amiserat. Is — extrema pontis parte occupata — aciem hostium solus sustinuit, donec pons a tergo interrumpetur. Audaciā suā obstupefecit hostes ; ponte recesso, armatus in Tiberim desiluit, et incolumis ad suos tranavit. Grata erga tantam virtutem civitas fuit. Statua Horatii in comitio posita est ; agri *tantum* ei publice datum est *quantum* uno die circumaravit.

## 12

## V. MUCIUS SCAEVOLA

Cum Porsenna Romam obsideret, C. Mucius, vir Romanae constantiae, senatum adiit, et veniam transfugiendi ad hostes petiit necem regis repromittens. Accepta potestate in castra hostium venit. Ibi in confertissima turba prope regium tribunal constituit. Stipendum tunc forte militibus dabatur, et scriba ad latus regis pari fere ornatu sedebat. Mucius, similitudine deceptus scribam pro rege sicā necavit. Quo facto comprehensus dextram in conspectu regis imposuit in foculum ad sacrificium accensum, velut manum puniens, quod in caede peccasset. Attonitus miraculo rex iuvenem amoveri ab altaribus iussit. Tum Mucius, quasi benefi-

cium remunerans, aperte dixit trecentos, sui similes, adversus eum coniurasse. Qua re Porsenna exterritus pacem cum Romanis fecit. Mucio prata trans Tiberim dono cives dederunt, quae Mucia prata appellata sunt, et Scaevola dictus est, quod sinistrā tantum manū utebatur eique statua honoris gratiā constituta est.

## 13

## VI. MENENIUS AGRIPPA

Menenius Agrippa concordiam inter patres plebemque restituit. Nam plebs cum contra patricios infensa ad montem sacrum secessisset, quod a senatu atque consulibus tributo ac militia premeretur, patres Agrippam, virum facundum et popularem, ad plebem miserant, qui eam senatui reconciliaret. Is, ubi in conspectum plebis venit, nihil aliud quam hoc narrasse fertur : « Olim — inquit — humani artūs, cum ventrem otiosum cernerent, ab eo discordarunt conspiraruntque, ne manus ad os cibum ferrent, neve os acciperet datum aut dentes conficerent. At, dum ventrem domare volunt, ipsi quoque defecerunt totumque corpus ad extremam tabem venit. Tum demum intellexerunt ventris haud segne ministerium esse eumque acceptos cibos concoquere et per omnia membra distribuere ; itaque cum eo in gratiam redierunt. Sic — inquit — senatus et populus, quasi unum corpus, discordiā pereunt, valent concordiā ».

Hac fabulā Menenius hominum mentes flexit ; plebs in urbem regressa est. Creavit tamen tribunos, qui libertatem suam adversus nobilitatis superbiam defendenter. Paulo post mortuus est Menenius, vir omni vita *pariter* patribus ac plebi carus. Is tamen in *tanta* paupertate decessit, *ut* eum populus — collatis quadrantibus — sepeliverit, et locum sepulcro senatus publice dedit. Potest consolari pauperes Menenius, sed multo magis docere locupletes, quam non sit necessaria solidam laudem cupienti, nimis anxia dīvitiarum comparatio.

## 14

## VII. LUCIUS QUINCTIUS CINCINNATUS

Aequi Minucium consulem atque exercitum eius circumcessos tenebant. Id ubi Romam nuntiatum est, *tantus* pavor, *tanta* trepidatio fuit, *quanta* si urbem ipsam non castra hostes obsiderent. Cum autem in altero consule parum esse praesidii videretur, dictatorem dici placuit, ut is rem afflictam restitueret. L. Quinctius Cincinnatus omnium consensu dictator dictus est.

Ille, spes unica imperii Romani, trans Tiberim tunc quattuor ingerum agrum manibus suis colebat. Ad quem missi legati nudum eum arantem offenderunt. Salute datā redditāque Quinctius togam propere e tugurio proferre uxorem iussit, ut senatus mandata togatus audiret.

## 15

Postquam — abstero pulvere ac sudore — togā induitus processit Quinctius, dictatorem eum legati gratulantes consulunt; quantus terror in exercitu sit, exponunt. Quinctius igitur Cincinnatus Romanum venit, et — antecedentibus lictoribus — domum deductus est. Paulo post — caesis hostibus — exercitum Romanum liberavit urbemque triumphans ingressus est. Quinctius sexto decimo die dictaturā — quam in sex menses acceperat — se abdicavit, et ad aratum rediit.

## 16

## VIII. MARCUS FURIUS CAMILLUS

Cum Marcus Furius Camillus urbem Falerios obsideret, Iudi magister plurimos et nobilissimos inde pueros velut ambulandi gratiā eductos in castra Romanorum perduxit. Quibus Camillo traditis, non erat dubium quin Falisci — deposito bello — sese Romanis dedituri essent. Sed Camillus perfidiam proditoris detestatus: « Non ad similem tui — inquit — venisti: sunt belli sicut et pacis iura: arma habemus non adversus eam aetatem — cui etiam in captis urbibus parcimus — sed adversus armatos, qui castra Romana apud Veios oppugnaverunt ». Denudari deinde Iudi ma-

gistrum iussit, eum — manibus post tergum alligatis — in urbem reducendum pueris tradidit. Statim Falisci, beneficio magis quam armis victi, portas Romanis aperuerunt.

## 17

Sed Camillus post multa in patriam merita exsilio mulctatus, quod praedam inique divisisset, Ardeam concessit. Urbe egrediens, a diis precatus est, ut, si innoxio sibi ea iniuria fieret, desiderium sui facerent ingratiae civitati quamprimum. Neque multo postea res evenit. Galli, post pugnam Alliensem, victores ante solis oecasum ad urbem Romam pervenient. Postquam hostes adesse nuntiatum est, Manlius, cum urbem omnem defendere non posset, cum iuventute Romana in arcem Capitolium fugit ; seniores vero domos regressi sunt, sed senatores quidam ornati honorum insignibus, actate confecti in foro manserunt. Galli senatorum gravitatem admirati sunt, donec Gallus quidam barbam longam. M. Papirii tangere ausus est. Statim Papirius scipione eburneo caput Galli percussit. Ab ea re initium caedis ortum est : ceteri senes sedibus eburneis insidentes trucidati sunt. Galli deinde impetum facere in arcem statuunt. Noctu Capitolium taciti ascenderunt ; iamque in summum saxum evaserant, cum anseres sacri clangore alarumque strepitu Manlium, virum bello egregium, exciverunt. Hic ceteros ad arma vocat, et Gallos ascendentēs deiecit.

## 18

Tunc consensu omnium placuit ab exsilio Camillum acciri. Missi igitur ad eum legati, et ipse dictator absens dictus est. Interim Galli obsidione fatigati et fame oppressi constituerunt, ut obsidionem haud magna mercede relinquenter. Pactum est pretium mille pondo auri.

Nondum omni auro appenso Camillus dictator, qui Romani exercitus reliquias collegerat, intervenit ; auferri aurum dè medio iubet hostesque ex improviso aggressus maximo proelio devicit. Ne nuntius quidem cladis relictus est. Dictator — recuperatā ex hostibus patriā — urbem ingressus est triumphans, et a militibus « parens patriae conditorque alter urbis » appellatus est.

## IX. TITUS MANLIUS TORQUATUS

Cum postea Galli ad tertium lapidem trans Anicenm fluvium castra posuissent, exercitus Romanus ab urbe profectus est, et in citeriore ripa fluvii constituit. Pons in medio erat; tunc Gallus quidam eximia corporis magnitudine in vacuum pontem processit, et, quam maxima voce potuit: « *Quem nunc — inquit — Roma fortissimum habet, is procedat agendum ad pugnam, ut eventus certaminis nostri ostendat, utra gens bello sit melior* ». Diu inter milites Romanos silentium fuit. Tum Titus Manlius, adulescens nobilis, ex statione ad imperatorem pergit: « *in iussu tuo — inquit — imperator, extra ordinem nunquam pugnaverim, etiam si certam victoriam videam; si tu permittis, volo illi belluae ostendere me ex illo ortum esse, qui Gallorum agmen ex rupe Tarpeia deturbavit* ». Cui imperator: « *Macte virtute — inquit — T. Manli, esto: perge, et nomen Romanum invictum praesta* ». Ubi constiterunt inter duas acies, Gallus ensem cum ingenti sonitu in arma Manlii deiecit. Manlius vero inter corpus et arma Galli sese insinuans uno et altero ictu ventrem gladio transfodit; deinde ei iacenti torquem, quo ornatus erat, detraxit, quem cruento respersum collo circumdedit suo. Hinc *et ipse et posteri eius Torquati cognomen acceperunt.*

Idem Manlius, postea consul factus bello Latino, ut disciplinam militarem restitueret, edixit, ne quis extra ordinem in hostes pugnaret. Forte T. Manlius, consulis filius, prope stationem hostium accesserat. Ubi is, qui Latino equitatui praeerat, consulis filium agnovit: « *Visne — inquit — congregdi tecum, ut singularis proelii eventu cernatur quanto eques Latinus Romano praestet?* » Movit ferocem iuvenis animum *seu* ira, *seu* detrectandi certaminis pudor. Itaque, oblitus imperii paterni, in certamen ruit, et Latinum ex equo excussum transfixit spoliisque lectis in castra ad patrem venit. Extemplo filium aversatus consul milites classico advocat. Qui postquam frequentes convenerunt: « *Quando quidem — in-*

quit — tu, fili, contra imperium consulis pugnavisti, oportet ut disciplinam poenā tuā restituas. Triste quidem exemplum sed in posterum salubre iuventuti eris. I, lictor, adliga ad palum ». Metu omnes obstupuerunt ; sed, postquam — cervice caesa — fusus est crux, in questus et lamenta eruperunt. Manlio Romanam redeunti seniores tantum obviae exierunt : iuventus *et* tunc eum, *et* omni deinde vitā execrata est.

## 21

## X. PUBLIUS DECIUS

P. Decius, Valerio Maximo Cornelio Cocco consulibus, tribunus militum fuit. Exercitu Romano in angustiis clauso, Decius editum collem conspexit imminentem hostium castris. Accepto praesidio verticem occupavit, hostes terruit, consuli spatium dedit ad subducendum agmen in aequiorem locum. Ipse — colle, quem insederat, undique armatis circumdato — intempesta nocte, per medias hostium custodias somno oppressas incolumis evasit. Quare ab exercitu donatus est coronā obsidionali, quae dabatur *ei*, *qui* obsidione cives liberasset. Consul fuit bello Latino cum Manlio Torquato. Tunc cum utrique consuli somnio obvenisset, *eum* populum victorem fore, *cuius* dux in proelio ecedisset, convenit inter eos, ut *is*, cuius cornu in acie laboraret, diis se manibus devoveret. Inclinante sua parte Decius armatus in equum insiluit ac se in medios hostes immisit. Concidit obrutus telis, et victoriā suis reliquit.

## 22

## XI. GAIUS FABRICIUS

Gaius Fabricius unus fuit ex legatis, qui ad Pyrrhum de capti-vis redimendis venerant. Cuius postquam audivit Pyrrhus magnum esse apud Romanos nomen — ut viri boni et bello egregii, sed admodum pauperis — eum prae ceteris honorifice ac liberaliter accepit eique munera atque aurum obtulit. Omnia Fabricius repudiavit.

Postero die, cum illum Pyrrhus vellet exterrere conspectu su-  
bito elephanti, imperavit suis, ut Fabricio, secum colloquenti,

bellua post aulaea admoveretur. Quod ubi factum est — signo dato remotisque aulaeis repente — bellua stridorein horrendum emisit et manum super Fabricii caput suspendit. Sed ille placide subridens: « Neque — inquit — *heri* me aurum tuum pellexit, neque *hodie* commovet bellua tua ».

Fabricii virtutem admiratus Pyrrhus illum secreto invitavit, ut patriam desereret secumque vellet vivere, quarta etiam regni sui parte oblata. Cui Fabricius ita respondit: « Si me virum bonum iudicas, cur me vis corrumpere? sin vero malum, cur me ambis? »

## 23

Anno interiecto — omni spe pacis inter Pyrrhum et Romanos conciliandae ablatā — Fabricius, consul factus, contra eum missus est. Cumque vicina castra ipse et rex haberent, medicus regis nocte ad Fabricium venit, et: « Si tu mihi — inquit — praemium dederis, ego regem veneno necabo ». Hunc Fabricius vincetum reduci iussit ad Pyrrhum et ei dico, quae contra caput eius medicus spoondisset. Tunc rex admiratus eum dixisse fertur: « Ille est Fabricius, qui difficilius ab honestate quam sol a suo cursu posset averti ».

Fabricius omnem vitam in gloria paupertate exegit *ad eo* que inops decessit, *ut* filiabus nullam dotem reliquerit. At senatus patris sibi partes desumpsit, et — datis ex communi aerario dotibus — eas collocavit.

## 24

## XII. MARCUS ATILIUS REGULUS

Marcus Regulus Poenos magna clade affecit. Deinde in Africam primus Romanorum ducum traxit. Clupeam urbem et trecenta castella expugnavit; *neque* cum hominibus *tantum sed etiam* cum monstribus dimicavit. Regulo, ob res bene gestas, imperium in annum proximum prorogatum est. Quod ubi ille cognovit, senatus scripsit villicum suum in agello — quem septem iugerum habebat — mortum esse et servum, occasionem nactum, aufugisse, ablato instrumento rustico; ideoque petere se, *ut* sibi successor in Africam mitteretur, ne — deserto agro — omnia ad vivendum necessaria uxori et liberis deessent. Senatus — acceptis litteris — res, quas

Regulus amiserat, publicā pecuniā redimi iussit; agellum colendum locavit, alimenta coniugi ac liberis praebuit. Regulus deinde multis proelii Carthaginiensium opes contudit eosque pacem petere coegit. Quam cum Regulus nollet nisi durissimis condicionibus dare, illi a Lacedaemoniis auxilium petierunt.

## 25

Carthaginienses — duce Xanthippo Lacedaemonio, viro belli peritissimo — bellum renovarunt ac Regulum ultima pernicie vice-runt; nam duo tantum milia hominum ex omni Romano exercitu superfuerunt, et Regulus ipse captus, et in carcерem coniectus est. Deinde Regulus Romam de captivis commutandis — dato iureiurando — missus est ut, si non impetravisset, rediret ipse Carthaginem. Qui cum Romam venisset, in senatum introductus mandata exposuit: sententiam ne diceret recusavit; quamdiu iureiurando hostium teneretur, se non esse senatorem. Iussus tamen sententiam dicere, negavit esse utile captivos Poenos reddi, quod illi adulescentes et boni duces essent, ipse vero iam senectute confectus. Cuius cum valuisse auctoritas, captivi retenti sunt.

Regulus deinde *cum* retineretur a propinquis et amicis, *tamen* Carthaginem rediit; neque vero tunc ignorabat se ad crudelissimum hostem et ad exquisita supplica proficisci, sed iusurandum conservandum putavit. Reversum Carthaginienses omni cruciatu necaverunt. Palpebris enim resectis aliquamdiu in loco tenebricoso tenuerunt; deinde — cum sol esset ardentissimus — repente eductum intueri caelum coegerunt. Postremo in arcam ligneam, in qua undique clavi praecuti eminebant, incluserunt. Ita dum fessum corpus stimulis ferreis confoditur, vigiliis et dolore continuo extinctus est. Hic fuit Atilii Reguli exitus, ipsa quoque vita — *etsi* per maximam gloriam diu *acta* — clarior et illustrior.

## 26

## XIII. QUINTUS FABIUS MAXIMUS

Quintus Fabius iam senex filio suo consuli legatus fuit; cumque in eius castra veniret, filius obviam patri progressus est; duodecim

lictiores pro more anteibant. Equo vehebatur senex nec — appropinquate consule — descendit. Iam ex lictoribus undecim verecundiā paternae maiestatis taciti praeterierant. Quod cum consul animadvertisset, proximum lictorem iussit inclamare Fabio patri, ut ex equo descenderet. Pater tum desiliens: « Non ego, fili, — inquit — tuum imperium contempsi, sed experiri volui, an scires consulem te agere ».

Ad summam senectutem vixit Fabius Maximus, dignus tanto cognomine. Cautior quam promptior habitus est, sed insita eius ingenio prudentia *bello*, *quod* tum gerebatur, aptissima erat. Nemini dubium est, quin rem Romanam cunctando restituerit. Nam *ut* Scipio celeritate sua Carthaginem oppressit, *sic* Fabius cunctatione id egit, ne Roma opprimi posset.

## 27

#### XIV. LUCIUS AEMLIUS PAULUS ET GAIUS TERENTIUS VARRO

Hannibal in Apuliam pervenerat. Adversus eum Roma profecti sunt duo consules, L. Aemilius Paulus et C. Terentius Varro. Paulo sollers Fabii cunctatio magis placebat; Varro autem ferox et temerarius acriora sequebatur. Ambo consules ad vicum, qui Cannae appellabatur, castra posuerunt. Ibi insitam Varroni temeritatem fortuna aliquo levium proeliorum successu aluerat; itaque — invito collegā — aciem instruxit, et signum pugnae dedit. Victor caesusque est Romanus exercitus; nusquam graviore vulnere afflita est res publica. Aemilius Paulus telis obrutus cecidit; quem cum media in pugna oppletum cruento conspexisset quidam tribunus militum: « Cape — inquit — hunc equum, et fuge, Aemili ». « Quin tu potius — respondit Paulus — abi, nuntia patribus, ut urbem muniant ae, priusquam hostis victor adveniat, praesidiū firment: tu me patere in hac militum meorum strage exspirare ». Alter consul cum paucis equitibus Venusiam perfugit.

## 28

Hannibali victori cum ceteri gratularentur suaderentque, ut quietem et ipse sumeret et fessis militibus daret, unus ex eius praef-

fectis, Maharbal, minime cessandum ratus, Hannibalem hortabatur, ut statim Romanam pergeret, die quinto victor in Capitolio epulaturus. Cumque Hannibal illud non probaret, Maharbal : « Vincere scis, Hannibal, — inquit — victoriā uti nescis ». Mora eius diei satis creditur saluti fuisse urbi et imperio. Dein Hannibal — relictā Romā — in Campaniam devertit, cuius deliciis mox exercitus ardor elanguit.

## 29

## XV. MARCUS CLAUDIUS MARCELLUS

Postea cum Sicilia a Romanis ad Poenos defecisset, Marcellus consul creatus Syracusas — urbem Siciliae nobilissimam — oppugnavit. Diurna fuit obsidio, neque urbem, nisi post tres annos, cepit Marcellus. Rem confecisset celerius, nisi unus vir ea tempestate Syracusis fuisse. Is erat Archimedes, vir admirabilis ingenio praeditus, qui — multis machinis inventis — opera Romanorum brevi disturbabat. Captis Syracusis, Marcellus — eximiā viri prudentiā delectatus — ut capiti illius parceretur edixit. Archimedes — dum in pulvere quasdam formas describit attentius — patriam suam captam esse non senserat. Miles praedandi causā in domum eius irrupit, et minantis voce quisnam esset eum interrogavit. Archimedes, propter cupiditatem *illud* investigandi, *quod requirebat*, nomen suum non indicavit, sed: « Noli — inquit — obsecro, circulos meos turbare ». Quapropter a milite obtruncatus est. Eius mortem aegre tulit Marcellus sepulturae curam habuit.

## 30

## XVI. PUBLIUS CORNELIUS SCIPIO AFRICANUS

Profectus igitur in Hispaniam Scipio Carthaginem novam, quo die venit, expugnavit. Eo congestae erant omnes paene Africae et Hispaniae opes, quibus omnibus potitus est Scipio. Inter captivos ad eum adducta est eximiae formae adulta virgo. Sed ubi comperit eam illustri loco inter Celtiberos natam principique eius gentis adolescenti, Allucio nomine, desponsam esse — arcessitis parentibus et sponso — eam reddidit. Parentes virginis, qui

ad eam redimendam magnum auri pondus attulerant, Scipionem orabant, ut id a se donum reciperet. Scipio aurum ante pedes poni iussit, vocatoque sponso: « Super dotem — inquit — quam accep- turus a socero es, haec tibi a me dotalia dona accedant ». Allueius domum reversus grato animo Celtiberos Romanis conciliavit.

## 31

Deinde Scipio Hasdrubalem victum ex Hispania expulit. Castris hostium potitus, omnem praedam militibus concessit; captivos Hispanos sine pretio domum dimisit; Afros vero vendi iussit. Erat inter eos puer adultus, regii generis, formā insigni. Quem percon- tatus est Scipio quis et cuias esset, et cur id aetatis in castris fui- set. « Numida sum — inquit puer — Massivam populares vocant; patre amissō apud avum maternum, Numidia regem, educatus sum. Cum avunculo Masinissā — qui nuper subsidio Carthagini- ensibus venit — in Hispaniam traieci; prohibitus propter aetatem a Masinissa, nunquam ante proelium inii. Eo die quo pugnatum est cum Romanis — inscio avunculo, clam armis et equo sumpto — in aciem exii; ibi — prolampo equo — captus sum a Romanis ».

Hunc Scipio interrogavit velletne ad avunculum reverti. Id vero se cupere respondit puer, effusis gaudio lacrimis. Tum Scipio anulum aureum equumque ornatum puero donavit datisque equitibus, qui tuto deducerent, dimisit.

## 32

Cum P. Cornelius Scipio se erga Hispanos clementer gessisset, circumfusa multitudo eum regem omnium consensu appellavit. At Scipio cum silentium fieri per praeconomē iussisset: « Nomen imperatoris — inquit — quo me mei milites appellaverunt, mihi maximum est; regium nomen, *alibi* magnum, *Romae* intolerabile est. Si *id* amplissimum iudicatis, *quod* regale est, vobis licet existimare regalem in me esse animum; sed oro vos, ut a regis appella- tione abstineatis ». Senserunt etiam barbari magnitudinem ani- mi, qua Scipio *id* aspernabatur, *quod* ceteri mortales admirantur, et concupiscunt.

## 33

Carthaginienses, metu perculti, oratores triginta seniorum principes ad petendam pacem mittunt. Qui, ubi in castra Romana venerunt, veniam civitati petebant non culpam purgantes, sed initium culpae in Hannibalem transferentes. Inde — condicionibus a Scipione latis omnibus acceptis — legati Carthaginienses Romanam profecti sunt, ut, *quae ab illo pacta essent, ea* patrum ac populi auctoritate confirmarentur.

Ita pace terra marique partā, Scipio — exercitu in naves imposito — Romanam revertit. Ad quem advenientem concursus ingens factus est : effusa *non ex urbibus modo, sed etiam ex agris* multitudo vias obsidebat. Scipio inter gratulantium plausus triumpho omnium clarissimo urbem est invictus, primusque nomine victae a se gentis est nobilitatus Africanusque appellatus.

## 34

Hannibal, a Scipione victus, suisque invisus, ad Antiochum, Syriae regem, confugit eumque hostem Romanis fecit. Missi sunt Romā legati ad Antiochum, in quibus erat Scipio Africanus. Qui, cum Hannibale Ephesi collocutus, ab eo quaesivit, quem fuisse maximum imperatorem crederet. Respondit Hannibal Alexandrum, Macedonum regem, maximum sibi videri, quo parvā manu innumerabiles exercitus fudisset. Interroganti deinde, quem secundum poneret: « Pyrrhum — inquit — quod primus castra metari docuit nemoque illo elegantius loca cepit, et praesidia disposuit ». Sciscitanti denique, quem tertium duceret, semet ipsum dixit. Tum ridens Scipio : « Quidnam tu diceeres — inquit — si me vicisses? ». « Me vero — inquit Hannibal — *et ante Alexandrum et ante Pyrrhum et ante alios omnes posuissem* ». Ita — improviso assentationis genere — Scipionem e grege imperatorum velut inaestimabilem, secernebat.

## 35

Cum Scipio Africanus in Litterna villa se contineret, complures praedonum duces ad eum videndum forte confluxerunt. Scipio eos ad vim faciendam venire ratus, praesidium servorum in tecto

collocavit aliaque parabat, quae ad eos repellendos erant necessaria. Quod ubi praedones animadverterunt — abiectis armis — ianuae appropinquant nuntiantque se non vitae eius hostes, sed virtutis admiratores venisse, conspectum tanti viri expetentes. Quod postquam audivit Scipio, fores reserari eosque introduci iussit. Illi postes ianuae tanquam religiosissimam aram venerati, cupide Scipionis dextram apprehenderunt ac diu deosculati sunt ; deinde — positis ante vestibulum donis — laeti domum reverterunt. Paulo post mortuus est Scipio moriensque ab uxore petivit, ne corpus suum Romam referretur.

## 36

## XVII. LUCIUS AEMILIUS PAULUS MACEDONICUS

Postquam Perseum consolatus est Aemilius Paulus, sermonem ad Romanos circumstantes convertit : « Videlis — inquit — exemplum insigne mutationis rerum humanarum. Vobis haec praecipue dico, iuvenes. Ideo neminem decet in quemquam superbe agere nec praesenti credere fortunae ».

Confecto bello Aemilius Paulus regiā nave ingentis magnitudinis — nam sedecim ordines remorum habuisse dicitur — ad urbem est subvectus. Fuit eius triumphus omnium longe magnificientissimus. Completae erant omnes Tiberis ripae obviam effusā multitudine. Populus — extuctis per forum tabulatis in modum theatrorum — spectavit in candidis togis. Aperta templa omnia et sertis coronata, ture fumabant. In tres dies distributa est pompa spectaculi. Primus dies vix suffecit transvehendis signis tabulisque ; sequenti die translata sunt arma, galeae, scuta, loricae, pharetrae argentumque signatum. Tertio die, multo mane, ducere agmen coeperunt tubicines, non festos sollemnium pomparum modos, sed bellicum sonates, quasi in aciem procedendum esset. Deinde agebantur pingues cornibus auratis et vittis redimiti boves centum et viginti. Sequebantur Persei liberi — comitante educatorum et magistrorum turbā — qui manus ad spectatores cum lacrimis miserabiliter tendebant, et pueros docebant populi Romani misericordiam suppliciter implorare. Post filios incedebat cum uxore Perseus, stupenti et attonito viro similis. Inde quadringentae coronaē aureae

portabantur ab omnibus fere Graeciae civitatibus dono missae. Postremo ipse in curru Paulus vehebatur auro purpurāque fulgens, qui *cum* dignitate alia corporis *tum* senecta ipsa magnam maiestatem prae se ferebat. Post currum, inter alios illustres viros, filii duo Aemilii; deinde equites turmatim et cohortes peditum. Paulo a senatu et populo Romano concessum est, ut ludis circensisbus veste triumphali uteretur eique cognomen Macedonio inditum est.

## 37

Aemilius Paulus omni Macedonum gazarā — quae fuit maxima — potitus *tantam* in aerarium populi Romani pecuniam invexit, *ut* unius imperatoris praeda finem attulerit tributorum. At hic per alios homines cuncta administravit, nec *quidquam* ex thesauris regiis in domum suam intulit *praeter* memoriam nominis sempiternam. Mortuus est *adeo* pauper, *ut* dos eius uxori non potuerit exsolvi, nisi vendito fundo, quem unum reliquerat. Exsequiae eius non *tam* auro et ebore *quam* omnium benevolentia et studio fuerant insignes. Macedoniae principes — qui tunc Romae erant legationis nomine — umeros suos funebri lecto sponte sua subiecerunt. *Quem* enim in bello ob virtutem timuerant, *eundem* in pace ob iustitiam diligebant.
